& esse apud omnes receptam comprobat Covar. *dict. n.5.vers.sic nec.*

8 *Quartus* casus est de exemptionis privilegio personis concesso expressè respectu delictorum, ut pro illis ab Ordinariis puniri non possint, sed coram certo Judice solùm respondere teneantur, vel generaliter cum expressa derogatione *d. c.* 1. vel sub ea forma, de qua *in §.in eos*, ne scilicet ab Ordinariis valeant excommunicari,vel interdici; cum enim censuræ sine culpa non proferantur, satis Pontifex sub ea forma censetur eximere delinquentes quoad ipsos effectus à potestate Ordinariorum, ut Abb.& Felin. *d.c.ult.* Dec. *in d. c. tuarum, n.*49. advertunt, licèt Fusch. *d.lib.*2. *c.*29.*à n.*7. contendat etiam sub ea forma exemptos ab Ordinariis puniri posse,sed loquitur contra *d.§.in eos, & c. ne aliqui,eod.tit.& libro*, quia negandum non est,posse Pontifices aliquos eximere ab his generalibus regulis,juxta *c.proposuit,de concess. præbend.* & patet in omnibus Religiosis, quos sub hac forma exemptos jam hodie constat ex privilegiis, de quibus Navar. & Fr.Emman. *dict. locis.*

9 *Quartus* casus est, quando exemptio conceditur non respectu certi generis jurisdictionis, ut de secundo casu, sed respectu certi Judicis, veluti eximendo à potestate proprii Ordinarii, vel concedendo privilegium, ut non nisi coram certo Judice conveniantur, in quibus terminis dicendum est, ratione delicti conveniri posse coram Ordinariis locorum, in quibus deliquerunt,& procedere text. *in d. cap.*1.*in princ.* cujus verus sensus ut facilius percipiatur, advertendum est, nihil speciale continere in delictis,sed potius contrariam regulam, quod privilegium exceptis casibus specialibus per delictum non amittatur, receptam esse, ut per Socin. *reg.*309. Card.Tusch. *tom.* 6. *litt. P, concl.*757.*num.*3.Suarez *de leg.lib.*8. *cap.*36. *num.*2. & probatur per locum ab speciali *in l.*1. *C. Senatores,vel clarissimi*, ubi post commemorata certa crimina graviora ait, *omnem hujusmodi*, &c. Sic etiam intelligi potest text. *in l.*2. *in fine, Cod.de privil.scholar.lib.*12. ea ratione procedere, quia privilegium non fuit simpliciter concessum, sed pro causis civilibus tantùm, licèt sub ampliori forma concedatur. Quare vera ratio est, quæ colligitur ex eodem *cap.*1.*vers.nunquid*, ibi, *quia nec coram Ordinariis ipsis*,&c. ut enim integrum, & perfectum syllogismum conficiat Pontifex, subintelligenda est major ejus propositio in illum modum: Exemptionis privilegium solùm concessum est respectu Ordinariorum, & quoad ea in quibus potestatem suam exercere poterant,sed hanc non haberent in istis casibus, quamvis ratione priorum eis isti essent subjecti: ergo etiam exempti eisdem casibus delicti, contractus,vel rei sitæ conveniendi sunt in locis,in quibus deliquerunt,contraxerunt,vel res sita est,quem discursum unico verbo sentire videtur Fusch. *d. c.*17. *num.*5. dum in nostro proposito considerat privilegia imitari Jus commune, easdemque limitationes recipere in materia de qua loquuntur, quas recipit Jus commune, qui sensus planus est subintellecta majori prædicta, & procedit juxta reg. *subrogatum*, de qua *in l. si eum* 10. *§.qui injuriarum,ff.si quis caution. & in cap. Eccles. ut*
7 *lite pendente*, cum vulgaribus, & juxta hos terminos intelligi potest text. *in d.auth.qua in provincia*, ut scilicet procedat in privilegiis, quæ aliquibus conceduntur, ut nonnisi coram certo Judice conveniantur, veluti in clarissimis,& illustribus personis, juxta *l.*2.*Cod. ubi Senatores, vel clarissimi*, & in Legatis, de quibus *in d.§.Legatis*, & in viduis & pupillis, juxta *l.*1. *Cod. quando Imper.inter pupillos & viduas*, & in religiosis, juxta *d.cap.luminoso*,junctis resolutis per Navar.*citato loco*, atque etiam *d. c. tuarum*, ut scilicet agat de privilegio quod missis de quibus ibi, concessum erat, ut coram certo Judice solùm conveniri possent. Nec obstat ratio supra facta, quod juxta hanc interpretationem manet privilegium otiosum; respondetur enim communiter operari quoad civilia, sed replicatur ex textu *in eod.c.*1. *in princ.*ubi in civilibus ratione contractus, vel rei sitæ idem deciditur. Melius igitur responderi potest cum eodem Pontif. *in vers. nunquid*, quod operetur in aliis omnibus, in quibus coram Ordinariis potuere conveniri, atque ita si delinquant,vel contrahant, in territorio illius Judicis ad quem per privilegium translati sunt; quod si replices posse contingere quod is Judex territorium non habeat,respondetur per accidens contingere, quod non attenditur juxta vulgares traditiones.

Sextus tandem casus est, quando exemptio non est 10
respectu certi judicis,vel eorum,quæ ad proprii Ordinarii jurisdictionem pertinebant, sed est simplex, & absoluta respectu omnium, & quorumcunque Judicum,quo casu etiam ratione delicti ab Ordinariis locorum, in quibus committitur, puniri non posse, verius videtur juxta posteriorem sententiam Abb. & aliorum supra relatam,si sic explicetur.Et comprobatur efficaciter ex *dict. cap. cùm capella,de privileg.* in facti narratione ibi, *ita se dicunt exemptos, ut quantumcunque graviter interdum excedant*, &c. juncta decisione ibi, *quantum exempti sunt ejusdem ratione capellæ Apostolicis privilegiis deferas reverenter:* Et sic etiam intelligi potest text. *in d.§.in eos*; de personarum enim agit exemptione, & tamen illa gaudere delinquentes apertè decidit. Potest etiam exemplum poni in iis, quos Summus Pontifex in suam suscepit immediatam subjectionem; de eorum enim causis nullum alium inferiorem se posse intromittere, per text. *in cap. si Papa, de privil. lib.*6. Si verò placuerit defendere communem, quod simpliciter exempti non gaudent in delictis privilegio fori, poterit responderi *ad dict. cap. cùm capella*, quod procedat juxta terminos *d.§.in eos*, & quartum casum supra positum, quando scilicet expressè respectu delictorum exemptio conceditur, veluti ne possint excommunicari,&c. Hactenus de quæstione.

Passim à Doctoribus dubitari solet,an,& quando,& quibus verbis Sum. Pontif. exemptionem à potestate Ordinariorum concedere videatur. Satisfaciam breviter nonnullas formulas sparsim in jure usitatiores cumulando, quibus exemptionem concessam esse manifestissimè indicatur.

Primò, si Pontifex privilegio eximat ab Ordinarii 11
potestate, *cap. si Papa, de privil.lib.*6.*si concedatur cum clausula ad beneplacitum, vel ad libitum, seu ad voluntatem concedentis, non potest revocari ab ipso Prælato concedente, nisi justa & legitima causa interveniat.* Vel si eximat cum plena libertate, Innoc. *in cap. veniens, n.*7. *de verborum signific.* Bellencin. *de charitativo subsidio, q.*32.*num.* 8. Erasmus à Cochier *de jurisdict. Ordinarii in exemptos, part.*1. *quæst.*9. *num.*1. *vers. deinde.*

Secundò, si dicat ne audeat Episcopus ibi cathe- 12
dram suam collocare, vel quamlibet potestatem exercere, aut ordinationem aliquam, quamvis levissimam facere, *dict. cap. si luminoso*, 18. *quæst.* 2. Bellencin. *d. q.*32.*num.*3. Erasm.à Cochier *d.quæst.*9.*num.*1. *vers. si dicat.*

Tertiò, si dicat locum, sive Ecclesiam esse liberam, 13
seu quod potiatur libertate Ecclesiæ Romanæ, aut quod ejus speciali prærogativa gaudeat, *cap. cùm olim, il* 2.*de privil.d.c.si Papa,§.& est idem*, Eras. à Cochier *d.q.*9.*n.*1.*vers. si dixerit.*

Quartò si dicat,gaudeat plena libertate,Franc.*in c.*1. 14
*§.illam,n.*3.*de verb.signif.lib.*6.Erasm.à Cochier *d.q.*9. *n.*2.*vers.gaudeat.*

Quintò si in privilegio dicatur, ut quis existat ju- 15
ris B. Petri, vel specialiter pertineat ad Romanam Ecclesiam, aut similia; tunc enim plenè probatam judicari exemptionem resolvunt Abb. *num.* 2. Socin.

n.7. & 32. in c. recepimus, de privil. Erasm. à Cochier *d. q.9. n.1. vers. in primis*, Masc. *de probat. concl.* 723. Cardin. Tusch. *tom.3. litt. E, concl.* 552. *n.*11. Rationem verò expressit Pontifex *in d. c. si Papa*, quia de natura privilegii est, ut ejus verba semper aliquid operentur, junctis iis quæ tradit Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gl.*6. *à n.*26. Quare cùm omnes mundi Ecclesiæ ad jus B. Petri pertineant, & Romanæ Ecclesiæ subjectæ esse noscantur, *c. cuncta per mundum, 9. q.* 3. juncta verissima & Catholica doctrina de Ecclesiæ Romanæ Primatu, quam tradit Pontifex *in c. Sacrosancta*, 22. *dist. in cap. rogamus*, 24. *q.* 1. *& in cap.* 1. *de summa Trinit. lib.* 6. cum aliis citatis *in* 1. *p. hujus tract. tit.* 2. *cap.* 2. *num...* rectè sequitur quod ut prædicta privilegii verba aliquid specialiter operentur, debet fieri interpretatio, quod per illa voluit Pontifex concedere, ut speciali modo subjecti maneant Juri suo, eximendo scilicet ab omni Ordinariorum potestate. Verùm in contrarium adest ea decisio text. *in d. c. recepimus*, dum probat quod ex eo, quod aliqui specialiter Juris B. Petri existant, non probatur exemptio à potestate Ordinariorum, nisi concurrat solutio census in signum subjectionis facta, ut patet ex principio, juncto fine illius text. & quod ita indistinctè in eo videatur probari, notavit contra alios Dec. *ibi, n.* 11.

16 Ego igitur in hac materia advertendum duxi, *d. c. si Papa*, optimam esse glossam, & apostillam ad universam hanc materiam, & quatuor casus principales in hoc proposito posse considerari.

Primus est, quando privilegium, sententia, aut scriptura non fiunt principaliter super exemptione, seu libertate, sed incidenter propter aliud narrant aliquam Ecclesiam, vel personam esse juris B. Petri, vel ad Ecclesiam Romanam pertinere, in quo planum est per talia verba exemptionem, aut libertatem non probari, & ita decidit text. *in d. c. si Papa, in princ.* & constat ex generalibus principiis, quæ docent verba narrativa, quæ non proferuntur principaliter propter se, plenam probationem non efficere, ut probat text. ubi notant omnes *in l. ex hac, ff. de donat. in l. ex his verbis, C. de testam. militis*, cum similibus de quibus Mascard. *de probat. concl.* 622. Menoch. *de præsumpt. lib.*3. *præs.* 133. Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.*3. *tit.*12. Card. Tusch. *tom.*8. *litt. V, concl.*81. & in verbis narrativis Summi Pontificis probat generaliter text. *in Clem.* 1. *de probat.* & notant omnes de illius materia agentes in locis in quarto casu referendis.

17 *Secundus* casus proponitur *in d. c. si Papa, vers. si autem*, quando scilicet Princeps privilegium exemptionis concedendo, aut judex de exemptione ipsa sententiam proferens, apponunt verba prædicta, quod *Ecclesia sit Iuris B. Petri*, aut *ad Ecclesiam Romanam pertineat*, vel similia, & rectè decidit ex illis exemptionem plenè probari, ex ratione suprà adducta, ut scilicet verba aliquid operentur, & ne maneant sine effectu, quemadmodum remanerent, si concedendo quod juris Beati Petri specialiter existant, concessa censeatur exemptio ab Ordinariorum potestate, & quod soli Papæ B. Petri successori subjiciantur, & sic procedit resolutio, quam post Abb. suprà receptum ostendi.

18 *Tertius* casus est quando verbis privilegii narrantibus quod *Ecclesia Iuris B. Petri existit*, accedit solutio census, & hic est proprius casus *dict. cap. recepimus*; videbatur enim his duobus concurrentibus, quod privilegium narret Ecclesiam juris esse B. Petri, vel ad Ecclesiam Romanam pertinere, & insimul quod si idem census solvatur, satis concludi specialem subjectionem, & ab Ordinariis exemptionema; quia solutio census non leve exemptionis præstat argumentum, juxta text. *in c. quanto*, ibi, *cùm nihil teneatis ab eis propter quod*, &c. *de censib.* Sed tamen Pontifex sub distinctione resolvit, utrum census in signum subjectionis, an verò protectionis solvatur; & in priori casu solutio census, in signum subjectionis factæ ab Ecclesia, quæ B. Petri Juris esse dicitur, efficaciter probat exemptionem; non ita in posteriori, quando solvitur in signum protectionis, ex rationibus, quas circa utrumque membrum infrà explicabo.

Quartus casus erit, si quæras utrum ex verbis narrativis privilegii, aut sententiæ, non principaliter ad exemptionem concedendam, sed propter aliud prolatis, plenè probetur exemptio, si sententia, aut Princeps in illis principaliter suam fundet intentionem, qui casus in illis Juribus non deciditur, sed pendet ex iis, quæ latissimè Doctores scripserunt de materia & intellectu text. *in d. Clem.* 1. *de probat.* quæ prosequuntur Cosm. *in pragm. sanction. tit. super declarat. Clem. litteris*, & Rebuff. *in concord. super eadem Clem.* Mant. *dialog.*79. *& Paralip. c.*40. Gabriel *commun. tit. de probat. concl.*2. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.* 8. *quæst.* 11. Mascard. *de probat. concl.*1233. Cardin. Tusch. *tom.*6. *concl.* 62. *& sequenti*, quorum dicta breviter colligendo communis resolutio est, tria copulativè requiri, ut verba hæc narrativa plenam efficiant probationem. *Primum*, quod à Pontifice Romano, seu alio Principe Superiorem non recognoscente proferantur, ut deducitur ex text. ibi, *litteris nostris. Secundum*, quod sint de facto proprio, ibi, *quibus non dignitates*, &c. *reservasse. Tertium*, quod super illis gratia vel intentio Principis principaliter fundetur, ibi, *quibus gratia, vel intentio nostra fundatur*: quæ omnia & singula brevissimè prosequi poteris cum Mascard. & Gabr. proximè citatis locis, qui hinc inferunt ad text. *in Clem. ult. vers. similiter, de sentent. excomm.* quod ea ratione procedat, quia non agit de facto proprio ipsius Pontificis, ut ibi interpretatur gloss. pen. melior gloss. *verb. narramus, in fine, in d. Clem.* 1. & resolvit notabiliter Calderin. *cons.*2. *de privil.* & plenè adducti à Mascard. *d. conclus.* 1233. *à num.* 52. notantes ad casum quotidianum, in quo vulgò erogatur, si Princeps aliquem Doctorem nominat, aut equitem, non enim gradum, aut dignitatem inde probari, aut conferre voluisse dicendum est auctoritate illius text. Quare ad nostrum propositum redeundo concludendum est, quod si Princeps per verba narrativa, in quibus principaliter fundat suam intentionem, dicat Ecclesiam suscepisse in jus B. Petri, plenè probata censeri debet exemptio, non ita si eadem verba ponantur in sententia Judicis inferioris.

19

20 *Sextò*, Pontifex exemptionem à potestate Ordinariorum concedere videtur, si recipiat in specialiter subjectos Ecclesiæ Romanæ, *d. c. si Papa*, §. *similiter, gloss. verb. à quorumcunque, in c. ne aliqui, de privil. in* 6. Erasmus à Cochier. *d. p.* 1. *q.* 9. *n.* 1. *vers. si recipiat.* Secus verò dicendum, si Pontifex recipiat aliquos in filios, ut expressè probat idem *c. si Papa*, §. *non sic filios*, ubi gl. Franc. & DD. Erasmus à Cochier *d. q.* 9. *n.* 9. Ratio autem differentiæ inter eosdem casus, quando Pontifex aliquos recipit in specialiter sibi subjectos, vel speciales filios, notat gl. *verb. non existunt, in d. c. si Papa*; in priori enim casu si alicui inferiori præter Pontificem subjiciantur, jam non sunt ipsi Pontifici specialiter subjecti, atque subinde talis concessio, & similes manifestè inducunt exemptionem à potestate Ordinariorum, quod in posteriori non contingit; ex eo enim quod in speciales filios recipiantur, non sequitur quod sint specialiter subjecti; unius enim filios alteri quàm parenti subjectos esse non inconvenit, immò & in Jure, & in usu quotidiano videmus in aliorum transire potestatem, vel per servitutem, juxta *c.* 1. *cum sequentib. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni juris*, vel adoptionem, *l.* 1. *& per totum ff. de adoptionib.* vel quoad jurisdictionem, *l. qui jurisdictioni, ff. de jurisd. omnium judic.* vel quoad tributa, & reliqua omnia, in quibus

21

22

23

quibus subjectionis ratio potest considerari, & ideo specialis hæc filii denominatio non exemptionem, sed magis honoris titulum, & speciale amoris pignus denotat, & ideo sic recepti in filios ea gaudent privilegii prærogativa, ut ab alio præter Romanum Pont. aut ejus Legatum excommunicari, aut interdici non possint, quamvis aliàs remaneant sub Ordinariorum potestate, ut decidit text. *in c.1. de verb. signific. lib.6.* Verùm obstat quod jus harum exemptionum regulatur ad instar emancipationum, manumissionum, & ejusmodi jurium, idque præsertim ex Rebuff. *resp.142.* quorum similitudine licet argumentari, quod sicut dominus servum eximit à servitute nominando filium, *l. unic. §. similique modo, C. de Latina libertate toll.* ita quoque Pontifex. Sed omissa differentiæ ratione, quam ponit gloss. *verb. non existunt, in d. c. si Papa,* & Socin. *in d. c. recepimus, à n.41.* quod illic solius domini, qui servum nominat filium suum, versatur præjudicium, hic verò quando de exemptione agimus, versatur præjudicium Ordinarii, à cujus potestate eximitur, faciliùs respondetur Justinianum exemplum Catonis, qui liberum dixit servum, quem dominus in filium adoptavit, speciali favore libertatis constituisse, ut etiam liber fiat, is, quem dominus apud acta, id est in figura judicii filium nominavit, ut deciditur ex *§. ult. Instit. de adoptionib.* & notavit Duen. *reg.341. limit.3.* sentit Donel. *comm. juris Civilis lib.2. c.15. §. factis*, ibi, hæ sunt Justin. Constitutiones, melius Cujac. dum ibidem notat per talem nominationem jure novo fieri civem Romanum, qui olim tantùm fiebat Latinus.

21 *Septimò*, ex solutione census facta Sedi Apostol. exemptio probatur à potestate Ordinariorum, si appareat, quod fit in signum subjectionis, & perceptæ libertatis; unde colligitur ex solutione tantum census hujusmodi exemptionem non probari, ut probat text. *in d. c. recepimus*, ibi, *non omnes censuales ab Episcoporum subjectione habentur immunes, d. cap. si Papa, vers. & est idem*, juncto *vers. si verò dicatur simpliciter*, ut notavit Franc. & post Abb. *in d. c. recepimus*, Soc. *n.3.* & Dec. *n.2. cum seqq.* Valasc. *de jure emphyt. q.32. n.6.* & post Felic. *de censib. in proœm. n.6.* Et ratione confirmatur, quia nomen, *census*, æquivocum est, varias habens significationes, ut explicant Valasc. & Felic. *locis citatis.* Roderic. *de annuis redditib. lib. 2. q.21. num.66. cum sequent.* & ideò rectè sequitur ex solutione census necessariò non probari specialem subjectionem, & exemptionem ab Ordinariorum potestate, juxta vulgarem regulam quod probatio debet concludere per necesse, non per potest esse, ut Doctores colligunt *ex l. neque natales, C. de probation. & in c. præsentia, eod. tit.* cum similibus, de quibus Mascard. *conclus.671. n.11.* Cardin. Tusch. *tom. 6. litt. P, conclus.765.*

22 Intellige autem regulam prædictam deficere, ubi aliæ conjecturæ concurrunt cum solutione census; succedit enim vulgaris regula, *Quæ non prosunt singula, multa collecta juvant*, de qua gloss. *verb. legitimis, in l.2. ff. de excus. tutor.* recepta ex infinitis, quos citat Gabr. *lib.1. commun. tit. de probation. concl.1. in princ.* Exemplum ad nostrum propositum adducunt Doctores, veluti si Ecclesia solvens censum existat in diœcesi Episcopi cui solvitur, nam cum Episcopus in tota sua Diœcesi habeat jure communi fundatam intentionem, *c. cum Episcopus, de offic. Ordin. in 6.* meritò solutio census facta ab Ecclesia intra eandem diœcesim existente concludit quod fiat in signum subjectionis, ut concludunt Feder. de Senis, quem referunt, & sequuntur Abb. per text. ibi *in c.1. n.4. de Relig. domib.* Dec. *in d. c. recepimus, n.6.*

23 Non obstat *d. c. recepimus*, ubi cum solutione census concurrebat receptio sub protectione Papæ, vel etiam quod de jure B. Petri existebat; & tamen hæc duo, vel tria simul juncta non sufficere ad probandam exemptionem decidit Pontifex, & notant post Abb. *n.1.* Socin. *n.8. & 43.* ac Dec. *in princ.* Respondetur enim illud vulgare, *Quæ non prosunt singula, multa collecta juvant*, † procedere quando singula genere suo perfecta sunt, non ita si vitiosa sint, & genere suo imperfecta, ut scripsit Bald. *in l.1. n.2. C. de legitimis hæred.* commendat Menoch. *de præsumpt. lib.3. præs.39. num.6.* & faciunt multa quæ copiosè adducit Gabr. *d. concl.1. num.33. cum seqq.* Cùm ergo ex dictis constet censum esse quid æquivocum, & inde subjectionem non inferri, ex dicendis etiam apparet frivolam, & debilem esse aliam conjecturam ex receptione sub protectione, atque aliam de jure B. Petri, ex supra resolutis, meritò namque omnia simul juncta concludunt.

24

25 Hinc etiam inferri potest intellectus ad text. in sæpe citato *c. si Papa, vers. idem dicimus*, dum decidit non probari hujusmodi exemptionem, si circa aliquid specialiter libertas concedatur, veluti ne quis ab Ordinariis excommunicari, aut interdici possit, & deinde adjiciatur clausula, quod in signum perceptæ libertatis, census annuus persolvatur; cum enim census præstetur in signum illius libertatis, quæ percepta est, hæc autem non simpliciter data sit, sed specialiter quoad certum articulum, meritò quoad illum restringitur exemptio, & quoad alia Ordinarius manet subjectus, nec duplex clausula, cum restricta sit, & limitata, ultra expressa operatur, juxta generalem regulam *l. in agris, ff. de acquir. rerum dominio*, & ad nostrum propositum consuluit Bart. *cons. 59.* quem sequuntur plures alii, de quibus Dec. *in d. c. recepimus, num.9.* & magis ad nostros terminos, & intellectum text. *in capit. cum capella, de privil.* censuit Rot. *dec.744. p.1. divers.* quod licèt juxta privilegii sui formam excommunicari non possit, vel suspendi ab Ordinario Capellani, de quibus ibi, aliis tamen pœnis ab eo puniri valent.

26 Utrùm tamen ex receptione sub protectione Sedis Apostolicæ exemptio ab Ordinariorum potestate probetur? Solet ab aliquibus in dubium vocari; cujus partem negativam probat text. *in cap. ex parte 18. de privil. & in cap. recepimus*, ibi, *ad judicium perceptæ protectionis, eod. tit.* ubi Cardin. *in princ.* Socin. *à n.7.* Dec. *à num.13.* Mascard. *de probat. conclus. 713. num.2.* Erasm. à Cochier. *dict. part.1. quæst.9. num.3.* latè Gail. *libr.2. observ. 54. à princip.* ubi *num. 4.* testatur esse communem omnium scribentium sententiam. Ratio autem facilis est; nam protegere idem est ac defendere, ut notat gloss. *in l. desertorem, §. ultim. ff. de milit.* ac subinde non importat superioritatem; imò in inferiore; sicut & defensio, verificatur, ut patet in militibus, qui pro salute Regis & patriæ ad ejus assistunt custodiam, ut per gloss. *in rub. C. de domest. & protect. lib.12.* ubi *in l.1.* benè explicat Cujac. protectores dici eos, qui armatam militiam subeuntes non solùm defendendi corporis sui, verùm etiam protegendi lateris Principis sollicitudinem patiuntur, & ex auctoritate quam adducit ex Cassiodoro, colligitur ab his domesticos differre, quia domestici familiares militant, & aulæ Regiæ videntur jugiter excubare, quorum omnium munus, & qualitates bene describit *l.9. tit.9. part.2.* ubi Gregorius Lopez multa ad propositum adducit. Sic etiam Romanæ Ecclesiæ protector dicitur Imperator *in Clem.1. de jurejur.* & tamen non ideo superior est Papæ, aut ipsius Ecclesiæ Rom. *c. solita, de major. & obed.* immò inferiorem se profitetur *in c. Valentinian. 63. dist.* ibi, *cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincerè nostra capita submittimus.* Patet etiam in Ecclesiarum patronis, qui eas tueri, & defendere tenentur, nihil tamen juris, vel superioritatis in eas possunt usurpare, *c. filiis, vel nepotibus, 16. q.7.* ibi, *salutarem solicitudinem*, juncto *ibi, non liceat quasi proprii juris*, &c. consonat *c. præterea*

terea 23. de jurepatron. cum similibus; unde civitates sub Imperii protectione positas, non subjectas esse, sed confœderatas censeri, ex Bart. *in l. 1. C. de excusat. munerum, lib.* 10. & Bald. notavit Dec. *in c. recepimus, n.* 16. *&* 17. Gail. *d. observ.* 54. *n.* 1.

27 Verùm obstat maximè text. *in c. ad audientiam* 34. *de appellat.* ubi juncta gloss. clarè deciditur, quod postquam aliquis Sedis Apost. protectioni se subjecit, non debet aliqua sententia ab Episcopo condemnari, imò gesta ab illo invalida pronunciari, & consequenter probat subjectos protectioni Sedis Apostol. eximi ab Ordinariorum potestate, immò in tacita subjectione, quæ fit per itineris arreptionem ad ipsam Sedem Apost. hoc ipsum decidit text. *in c.* 1. *de clericis peregrin.* quorum jurium auctoritate Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 2. *q.* 63. *art.* 3. *in fine*, tenet per receptionem in sua protectione, quam sæpe facit Papa in privilegiis Religionibus concessis, facilè induci exemptionem à potestate Ordinariorum.

28 Pro resolutione tamen advertendum duxi, duos esse casus in proposito inter se longè diversos. Primus quando quis generaliter subjicitur, aut recipitur sub protectione Sedis Apostol. in quo procedit text. *in d. c. recepimus, & in d. c. ex parte*, cum similibus, dum regulam negativam constituunt, quod positi sub protectione Sedis Apost. non eximuntur à jurisdictione Ordinarii. Secundus est, quando pendente aliqua causa in judicio, quis propter gravamen sibi illatum, vel comminatum ponit se sub protectione Sedis Apost. & talis subjecto habet effectum appellationis, & consequenter suspendit jurisdictionem Judicis inferioris, à quo sic tacitè appellat, juxta generalem regulam tex. *in c. si à judice, de appellat. in* 6. cum similibus, atque ita ex hoc capite gesta, postquam quis se subjecit Sedi Apostol. seu magis appellavit, tanquam attentata, seu innovata appellatione pendente sunt invalida, aut remedio attentatorum revocanda, juxta distinctiones, de quibus Doctores in materia *cap. non solùm, de appellat. lib.* 6. & sic procedit text. *in dict. cap. ad audientiam*; ejus enim ratio non consistit in subjectione insurgente ex eo, quod ille se posuerit sub protectione Apostolicæ Sedis, sed in vi, & virtute tacitæ appellationis, quæ illis verbis includitur, & explicat eleganter Præpos. ibi, *à num.* 3. *cum seqq.* & post eum Marant. *de ordine judic. part.* 6. *c. de appellat. num.* 133. sicut in simili de arreptione itineris ad Papam ex causa gravaminis, probat text. *in cap. meminimus* 9. *& in cap. dilecti* 52. *de appell. c. cùm olim, in fine, de dolo, & contum.* & ex aliis prosequitur latè Lancellot. *de attentat. p.* 2. *c.* 12 *ampl.* 6. ubi *n.* 8. bene advertit tunc effectum appellationis, & suspendendi jurisdictionem inferioris solum considerari, & operari quoad causam, vel articulum gravaminis, quoad reliqua verò manere potestatem & jurisdictionem Ordinariorum, juxta text. *in d. c. dilecti*, ibi, *cùm pro causa, & propter dictam causam*, &c.

29 Quamvis verba privilegii, ut suprà considerata, exemptionem concludant in illis casibus, quibus ea concludere suprà probavimus, ac proinde sic exempti in totum eximantur ab Ordinariorum jurisdictione, & soli Romano Pont. immediatè maneant subjecti, *c. pen. de offic. Ordin. cap. cùm Episcopus, eod. tit. in* 6. *cap. per exemptionem, de privil. eod. lib.* gloss. *verb. acephalus, in cap. nulla,* 93. *distinct.* cum multis quæ latè explicant Socin. *in d. cap. recepimus, num.* 53. *cum seqq.* Fr. Emman. *d. tom.* 2. *quæst.* 63. *art.* 9. *&* 11. Card. Tusch. *dict. litt. E, concl.* 294. *& conclus.* 565. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 43. *n.* 190. Tamen varii sunt casus, in quibus deficit hæc regula, & Ordinarii suam in exemptos exercent jurisdictionem, viginti quatuor enumerat Socin. *in dict. cap. recepimus, n.* 160. *cum multis seqq.* multò plures cumulat Erasm. à Cochier *de jurisd. Ordin. in exemptos, part.* 2. *q.* 45. ubi prosequitur casus 116. & non paucos cumulavi ego ipse hac *p.* 3. *alleg.* 105. *num.* 14. *cum seqq.* ad quem locum remitto Lectorem, dummodo tamen unum & alterum, quia generaliores sunt, mente teneat: *primus* est is de quo *in c.* 1. *in princ. de privil. lib.* 6. dum probat privilegium exemptionis non prodesse exemptis quominus coram Ordinariis possint conveniri ratione delicti, contractus, aut rei sitæ, de cujus materia & intellectu latè egimus in principio hujus allegat. *Alter* casus est in causis visitationis, ab his enim † simplex exemptio neminem eximit, si de illis specialis, & expressa mentio non fiat, notavit ex aliis Paul. Fusch. *de Visit. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 10. & censuit Rot. *dec.* 186. *num.* 2. *p.* 1. *diverf.* licèt contrarium scripserit Jacob. de Graff. *in aureis dec. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 70. Altamiran. *de Visitat. verb. diœcesim propriam, num.* 68. nisi per simplicem, & universalem exemptionem intelligas illam, in qua de visitatione specialis mentio fit: unde quia visitationi annexa est procuratio, *cap. cùm ex officii, de præscript.* Erasm. à Cochier *de jurisd. Ordinar. in exemptos, lib.* 3. *quæst.* 27. *num.* 2. † generale exemptionis privilegium 31
minimè sufficit ut exempti ab onere procurationis liberi censeantur, sed requiritur specialis de illa mentio, ut probat text. *in cap. cùm instantia, de censib. & in c. accedentes, de præscript.* ubi communis ex Par. *n.* 7. Marian. *de Visit. n.* 46. Illud in præsenti advertere oportet, quod respectu Divinorum Pontificaliter celebrandorum explorati juris est, Episcopos in quacumque Ecclesia, etiam exempta suæ diœcesis ea celebrare posse, *Clem.* 2. *de privil.* ubi Zabar. *n.* 5. *in fine, vers. ex hoc infertur, &* §. *simili, num.* 5. *vers. quintò quæro*, & Imola *num.* 4. *&* 10. Bonif. Vital. *num.* 13. *vers. nam in loco exempto*, Pavin. *in tract. de visit. p.* 2. *q.* 3. *num.* 2. *vers. poterunt enim*, unde infertur posse Sedem Pontificalem ad celebranda constituere, Bonif. *in d. Clem.* 2. *n.* 30. *vers. ratio decidendi est*, Rot. *dec.* 236. apud Farin. *p.* 2. *recent.*

Tandem notare oportet, exemptionem prodesse 32
quoad potestatem Ordinarii, non ita quoad potestatem Legati de latere, hic enim eandem quam Summus Pontifex, cujus vices gerit, in exemptos exercere valet potestatem, ut per text. quem ad hoc singularem dicit, notavit Joan. And. *in cap.* 1. *de verb. signif. in* 6. juncta gloss. *ibi, verb. de latere*, commendat Roman. *sing.* 507. Læl. Zech. *de Republ. Eccles. tit. de offic. Illustrissimi Legati, n.* 4. *post princ.* Fr. Emman. *d. tom.* 2. *q.* 63. *art.* 4. & confirmatur ex generali doctrina, quam ex text. qui de exemptis agit *in cap. si Abbat.* ibi, *à nobis vel Apost. Sedis Legato, de elect. lib.* 6. quod scilicet † nomine Sedis Apostolicæ veniat ejus Legatus, no- 33
tant scribentes ad varios casus, ut per Nicol Garc. *de benef. p.* 1. *cap.* 10. *&* 12. & ad notabilem quæstionem, quod scilicet appellatione proposita ad Sedem Apostolicam, seu Papam nomine proprio S.D.N. Urbani VIII. potest Legatus cognoscere de eadem appellatione, ex Fr. Emman. & aliis Valasc. *cons.* 62. Cabed. *diverf. juris argum. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 11. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 12. *n.* 30.

Utrùm autem exemptionis privilegium à juris- 34
dictione Episcopi suffragetur exemptis, non probata quasi possessione exemptionis? Huic quæstioni eleganter, ut solet, respondit Rot. *in Sipontina jurisdiction.* 23. *Maii* 1613. coram *Cardin. Sacrato*, impressa per Farinac. *dec.* 491. *à num.* 4. *part.* 1. *recent.* in hæc verba: Ad evitandam manutentionem Ordinarii non sufficit exhibitio privilegii, nisi ulteriùs adsit quasi possessio exemptionis, ut habetur *in cap. cùm personæ, de privileg. lib.* 6. ibi, *Quia de privilegio faciunt fidem in libertatis, vel exemptionis possessione, non violata, non clandestina, nec concessa precariò, de qua fidem coram eisdem fecerit, non turbentur.* Si enim Papa mandat eos non turbari in possessione, per necessarium antecedens præsupponit quod possideant,

sideranr, quia privatio præsupponit habitum, juxta not. *in l. decem, ff. de verb. oblig.*

35 Et iste intellectus suadetur ex eò, quia *d. cap. cùm personæ*, emanavit ad favorem jurisdictionis ordinariæ, ut patet in princip. ibi, *Ordinariorum correctiones, & ordinationes subterfugientes, ac eorum forum, sive judicium declinantes, nos volentes super hoc de salubri remedio providere, statuimus, ut hi qui se asserunt per privileg. seu indulgentias Apost. Sedis exemptos à locorum Ordinar. requisiti*, &c. ex qua narrativa procœmii colligitur causa finalis, *l. fin. ff. de hæredib. test.* Oldrad. *cons.* 103. *n.* 2. Roman. *cons.* 38. *num.* 1. Alex. *cons.* 160. *n.* 10. *lib.* 6. Si igitur allegantes privilegium exemptionis per solam exhibitionem privilegii antequam de illius juribus cognoscatur, liberarentur ab exercitio jurisdictionis Episcopi, dispositio text. emanasset ad illorum favorem, siquidem per regulas juris sola exhibitio privilegii non tolleret exercitium jurisdictionis Ordinarii.

36 Nam eo ipso, quod Ordinarius exercet jurisdictionem in una parte suæ diœcesis, videtur constitui in quasi possessione exercendi quoad omnes in quibus alter non habet particularem quasi possessionem, Abb. *cons.* 71. *col. fin. vers. tertiò ad idem*, ibi, *nec alius erat in possessione, lib.* 2. Felin. *in c. auditis, n.* 19. *in* 3. *declar. de præscript.* Rebuff. *in tr. de decim. q.* 9. *n.* 9. Menoch. *remed.* 3. *retin. num.* 135. Cephal. *cons.* 369. *n.* 15. *cum pluribus seqq.* Rot. *in causa Oriolensi decim.* 19. *Iun.* 1591. coram Gypsio, *& in Valentina decimarum*, 26. *Octobr.* 1598. coram *bonæ mem. Seraph.* & in terminis jurisdictionis tradit Innoc. *in c. dilectus, n.* 3. *vers. possessorium ex eo*, Host. *n.* 1. *vers. ex prædictis etiam*, Joan. Andr. *n.* 8. Butr. *n.* 15. Boich. *n.* 11. *de capellis Monach.* Verall. *dec.* 306. *p.* 1.

37 Et proinde per istam exhibitionem privilegii, quæ concernit petitorium, remaneret Episcopus privatus sua quasi possessione, contra notata per Abb. *in cap.* 1. *n.* 4. Butr. *n.* 2. *ut lite pendente*, Lancellot. *de attentat. p.* 2. *c.* 17. *n.* 161. *& seq.* Et in specie quod sola exhibitio privilegii exemptionis non impediat manutentionem, fuit decisum *in causa Carthaginensi decimarum*, 27. *Iunii* 1590. coram *Gypsio.*

38 Nec potest subditus dici constitutus in quasi possessione exemptionis ex eo solùm quod non appareat Superiorem in illum exercuisse jurisdictionem, nisi probetur quod venerit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit, vel aliàs habuerit se pro spoliato, ut per Innoc. Hostiens. Joan. Andr. Butr. Boich. & Verall. *locis suprà allegatis.*

39 Et licèt glos. *in d. c. cùm personæ, verb. turbentur*, innuat quod sola exhibitio privilegii sufficiat, *per §. seq.* infrà eodem; attamen loquitur contrà regulas juris, ut patet ex prædictis; & duxit argumentum suum à contrario sensu, ut advertunt Lap. Anch. & alii infra allegandi; quod argumentum non valet ad inducendam correctionem juris, ut latè per Everard. *in loco à contrario sensu, n.* 8. prout induceretur in proposito casu, & iste est communis intellectus illius *cap. cùm personæ*, ut per Lap. *ibi, n.* 4. *vers. & hoc videtur*, Anch. *n.* 6. *vers. hoc tamen*, Gemin. *in §. si vero, vers. & hoc videtur*, Franc. *ibi, n.* 3. *vers. & hoc procedit*, dum dicunt exhibentem privilegium ita demùm evitare manutentionem Episcopi, si ipse est in quasi possessione exemptionis. Hactenus dicta Rotæ decisio, & ita si exemptus alleget possessionem & privilegium, proculdubio erit manutenendus contra Episcopum nitentem sola Juris communis dispositione, ut censuit eadem Rot. *decis.* 447. *n.* 3. apud Farin. *p.* 1. *recent. & decis.* 377. *n.* 3. *p.* 2. *recent.*

40 Utrùm verò exemptus privilegio suo renuntiare possit? Quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, in qua negativè respondet text. *in cap. cùm tempore, de arbitr.* & per illum tradunt Abb. *ibi num.* 2. *& in cap. grave, n.* 3. *de offic. Ordin. & in cap.* 1. *n.* 19. *de re judic.* Alberic. *in l. nemo videtur fraudare, ff. de reg. juris*, Castr. *cons.* 342. *lib.* 1. Bapt. *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 4. Gail. *lib.* 1. *observ.* 40. Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 9. *num.* 121. Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 1. Viv. *tom.* 1. *comm. opinion.* 277. Perez *ad l.* 2. *vers. utrum autem fori, tit.* 1. *lib.* 3. *Ord. pag.* 467. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 113. *n.* 2. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 1. *q.* 36. *art.* 3. *vers. præterea facit, & tom.* 2. *q.* 64. *art.* 10. Cened. *canon. q.* 26. *sub n.* 9. *vers. cogitandum tamen*, Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Arch. Neap. p.* 1. *dec.* 163. *n.* 6. Crescent. *dec. ult. de foro comp.* Seraph. *dec.* 1025. *ante n.* 16. Lott. *de re benef. lib.* 1. *q.* 24. *n.* 238. *&* 239. ubi *num.* 257. post Seraph. *dec.* 182. *n.* 4. subdit non censeri exemptionibus derogatum per derogationes generales, cùm semper obstet regula de jure quæsito, novissimè Tamburin. *de jure Abbatissar. disp.* 17. *quæst.* 4. Erasm. à Cochier *de jurisd. Ord. in exemptos, p.* 2. *q.* 7. *n.* 2. *&* 3. *& p.* 3. *q.* 34. Galet. *de renunc. tom.* 2. *cent.* 2. *renunc.* 140. *n.* 18. latè & eleganter Rot. *in Ulysbonensi monasterii*, 29. *Novembr.* 1625. coram *R. P. D. meo Coccino Decano.*

41 De ratione autem hujus decisionis non conveniunt Doctores; quidam enim existimant, quod cùm exempti à potestate Ordinariorum soli Romano Pont. subjiciantur, qui subinde eorum efficitur diœcesanus, juxta text. *in cap. auctoritatem*, juncta gloss. *verb. diœcesani, de privil. lib.* 6. succedit regula text. *in d. c. significasti, de foro compet.* quod nullus clericus sine proprii diœcesani voluntate potest in Judicem non suum consentire, atque ita notarunt Joan. Andr. & Butr. *n.* 12. Abb. *num.* 11. & Socin. *num.* 42. *vers. ex quibus infertur, in dict. cap. cum tempore*, Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 1. *quæst.* 36. *art.* 1. *& tom.* 2. *quæst.* 63. *artic.* 10. & hanc rationem, licèt aliam insimul addat, veram & receptam non negat D. Barbosa *in l.* 1. *art.* 3. *n.* 47. *ff. de judic.*

42 Verùm licèt hæc ratio efficax sit, quando agitur de proroganda jurisdictione judicis non sui, in quibus terminis procedit *d. c. significasti*, non ita quando agitur de solâ renunciatione privilegii, quo ab Episcopi jurisdictione quis eximitur. Quare illa ratio videtur conformior, quod in exemptione versatur favor nedum exempti, sed etiam Superioris, qui eximit, cujus interest hujusmodi exemptionem intactam conservare, ac proinde interest Romani Pont. qui est Superior, subditos suos ab aliis non judicari: quam rationem post Erasm. à Cochier. *d. q.* 7. *n.* 3. Gail. & alios præstat Rot. *in d. Ulysbonensi monasterii*, coram *R. D. meo Coccino Decano.*

43 Unde infertur, non esse distinguendum cum Ang. *in §. idem juris, n.* 44. *Instit. de except.* Feder. de Senis *cons.* 14. Felin. *in c. P. & G. num.* 13. *de officio deleg.* & Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 11. utrùm privilegium exemptionis in privatorum singularem favorem, vel in gratiam Sedis Apost. Religionis, aut Ecclesiæ concessum sit, ita ut in primo casu ei possint exempti renunciare, ex text. *in d. c. significasti*, secus verò in secundo, quo casu asserunt procedere decisionem text. *in d. c. ex tempore*; advertere namque debuissent, quod in exemptione non solùm versatur favor illius privatæ personæ, sed etiam superioris eximentis, id est Rom. Pont. cujus interest permultos habere immediatè subjectos, ut post Rebuff. *resp.* 142. advertit Erasm. à Cochier *d. tr. p.* 1. *q.* 1. *n.* 17. & magis in his terminis *p.* 2. *q.* 34.

44 Ex qua etiam ratione pariter infertur, veram non esse sententiam glos. *verb. libertatis, in d. cap. cùm tempore*, dum ait hujusmodi privilegio exemptionis posse renuntiari in præjudicium exempti, non verò eximentis, quia ut bene advertit Abb. *ibi n.* 7. non potest considerari aliquis effectus quantum ad exemptum; nam jus libertatis est ita conjunctum inter exemptum

& Superiorem, ut commodè separatio fieri non possit; quare nec etiam veritate nititur quod ait Alb. *in l. si quis in conscribendo* 39. *n.*9. *C. de Episc. & cleric.* quod scilicet possit renuntiari privilegio specialis exemptionis, quando motu proprio non fuit concessum. Sylv. enim *in sum. verb. exemptio*, §. 10. dicit contrarium esse verius evidentissima ratione, quia exemptio fit gratia exemptoris, quod dictum sequitur Armil. *in eod. verb. n.*8. Rebuff. *d. resp.* 142. *col.* 2. *vers. exempti*, refert & sequitur Rot. *in d. Vlysbonensi monast.* coram Rev. *D. meo Coccino.*

ALLEGATIO CXXIV.

Episcopo competens jurisdictio si inferiori concedatur, vel aliter acquiratur, an in dubio judicanda sit quæsita cumulativè, vel potius privativè.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio in dubio cumulativè, & non privativè quæsita judicatur.*
2 *Judicum inferiorum dationes sunt odiosæ, & Ordinariorum præjudicium includunt.*
3 *Opponitur contra principalem conclusionem.*
4 Cap. generi, de regulis Juris lib. 6. num. 5. *declaratur.*
5 *Iurisdictio quando privativè quæsita, vel data judicanda sit, ostenditur.*
6 Cap. auditis, de præscription. *declaratur.*
7 *Iurisdictio quando privativè data est alicui Iudici, an possint subjecti sine ejus consensu alterius Iudicis jurisdictionem prorogare, ostenditur.*
8 *Concessio specialis cum clausula*, ut is solus de illis causis cognoscat, *privativè facta dicitur.*
9 *Iurisdictio quando assignatur alicui castro, vel loco, ut ibi tractetur causa per Iudicem illius loci, est privativa.*
10 *Iurisdictio quando concessa est Prælatis Regularibus in suos vel Monachos, vel Fratres, privativè præsumitur concessa ad Episcopum.*
11 *Magistratus specialis videtur datus privativè ad generalem.*
12 *Iudices ordinarii & generales quando sunt plures, & uni ex illis certum genus causarum specialiter committitur, videtur concessum privativè ad collegam.*
13 *Datâ jurisdictionis, seu possessionis cumulativa præsumptione, quid probandum ad eam præscribendam contra illum, qui jurisdictionem exercet, vel possessionem habet cum alio cumulativè.*

1 IURISDICTIONEM in his terminis cumulativè quæsitam in dubio judicari meritò probant Joan. Andr. Host. Ant. Imol. Fel. *à num.* 2. *in c. pastor, de offic. Ord.* Bart. per text. *ibi in l.* 1. *ff. de offic. Præfecti Urbis*, Covar. *in c. alma mater, p.* 1. §. 12. *n.* 3. Roland. *cons.* 80. *à n.* 22. *lib.* 2. *& cons.* 1. *n.* 134. Grammat. *cons.* 72. *per totum*, Paris. *cons.* 9. *n.* 11. *lib.* 4. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 40. *à n.* 5. *& remed.* 3. *retin. num.* 367. Vant. *de nullit. tit. ex defectu jurisdictionis, n.* 25. Cabed. *p.* 2. *dec.* 13. *à n.* 1. Put. *dec.* 238. *lib.* 3. *in correctis*, affirmat magis communem Jas. *in l. quod in rerum*, §. *si quis post, n.* 8. *& in l. Titia textores, in princ. à n.* 29. *ff. de leg.* 1. Ruin. *cons.* 7. *n.* 5. *lib.* 4. Rot. apud Farin. *decis.* 121. *n.* 4. *p.* 1. *recent. & dec.* 30. *n.* 3. *p.* 2. *recent.* Greg. XV. *dec.* 4. *num.* 5. Rot. *in Melitensi præeminentiarum*, 9. *Iunii* 1625. coram *R. P. D. Ubaldo, in fin.* Greg. Avend. & alii, quos refert & sequitur Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 24. *à n.* 2. Suar. de Pace *in practica, tom.* 2. *pralud.* 1. *n.* 9. Joan. Garcia *de nobilit. gloss.* 1. *n.* 5. *vers. facit præterea*, Marescot. *var. lib.* 1. *c.* 54. novissimè D. Felician. de Vega nunc Archiep. Mexican. *in relect. c. ex tenore* 11. *n.* 44. *de foro compet.* Surd. *cons.* 1. *n.* 73. *lib.* 5. post Abb. *n.* 7. *in c. cæterum, de judic.* ubi docet concessa jurisdictione à lege Rectori in causis concernentibus suam professionem, juxta reg. *l. ult. de jurisd. omnium Iud.* in personas illorum, qui sunt de Collegio, in dubio censeri concessam cumulativè, & ideò non censeri adeptam potestatem Ordinario loci etiam respectu earundem causarum, idque ad varia statuta, & jurisdictionum concessiones in praxi expendunt noviores modò citati, ut per Gutier. *ubi suprà*, affirmantes in his terminis locum esse præventioni. Unde possessionem in dubio præsumi potius cumulativè quàm privativè acquisitam, tenent Seraph. *dec.* 339. *n.* 2. Post. *in tr. mandati de manutenendo, observ.* 7. *n.* 31.

Pro quibus in auctoritatem adducuntur *primò d. à l.* 1. *ff. de offic. Præfecti Urbis*, text. optimus *in d. l. ult. vers. ita tamen, C. de jurisdictione omnium jud. leg. si in aliquam, l. ne quicquam* 9. *de offic. Proconf. leg. in provinciali* 3. ibi, *vel per Prætorem, vel per arbitros, ff. de novi operis nunciat. l. solemus* 61. §. *latrunculator, ff. de judic.* juncta reg. *l. ejus militis* 35. §. *militia*, juncto summario, *ff. de militari testam. Auth. de defensorib. civitatum*, §. *judicare, in princ. col.* 3. *l. tam collatores* 18. *C. de re militari, lib.* 2. bonus text. *in c. per hoc* 18. *de hæret. lib.* 6. Et maximè cum aliàs receptum sit, quod quælibet lex nova addens personam alicui dispositioni, nunquam videtur excludere aliam, quæ in ea habebat jus interveniendi, juxta text. singularem *in l.* 1. *C. de offic. Præfecti Urbis*, ex quo ita docent Paul. de Castro *in l. cum Prætor* 12. *ff. de jud. n.* 5. D. Felic. de Vega *in relect. d. c. ex tenore, n.* 44. *Secundò* si ratione agamus, illud facit quod hujusmodi inferiorum dationes sunt odiosæ, & ordinariorum præjudicium includunt, regulasque Juris infringunt, quibus sua unicuique jurisdictio conservari præcipitur, *c. pervenit, ad finem*, 11. *q.* 1. *c. Episcopi*, 9. *q.* 2. & ideò omninò restringi debent, ut minus quàm fieri possit, in dubio Ordinariis præjudicent, *l. quod verò* 1. *ff. de legib. reg. odia, reg. quæ à Iure exorbitant, de regulis Iuris lib.* 6. Unde in obscuris, quando res hinc inde æqualiter dubia est, sequimur id quod minimum est, *l. semper in stipulationibus* 35. *ff. de reg. Iuris, c. ex parte* 18. *de censib.* plures ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gl.* 18. *n.* 73. Cov. *in c. indicante, n.* 4. *de testament.* Denique ex eadem ratione dicere solemus jurisdictionem delegatam esse odiosam, & ideò restringendam, propter præjudicium Ordinariorum, quorum potestati aliquatenus derogatur: igitur, &c.

3 In contrarium verò, quod scilicet in his terminis jurisdictio in dubio censeatur concessa privativè, non leviter obstat reg. *generi* 34. *de reg. Iuris lib.* 6. quam ad propositum expendit Alex. III. *in c.* 2. *de offic. Legati*, dum inquit, quod si post constitutum Legatum generalem in provincia, qui Ordinarius est, ex *c.* 2. *illo tit. lib.* 6. Pontifex committat in eadem provincia certam causam specialem, derogatur per specialem commissionem generali, ita ut privativè constitutus censeatur, neque possit Legatus circa causam specialiter commissam cognitionem assumere, advertit Fel. *in c.* 2. *n.* 7. *vers. limita secundò, de foro compet.* consonat *c. unic.* §. *ult. de prohibita feudi alienat. c. ex transmissa* 6. *c. verùm* 7. *de foro compet.* quibus habetur; judicem in causa feudi (qualis est dominus directus, etsi feudatarius sit clericus) datum esse privativè ad proprium Episcopum. Rursus in contrarium facit quod jurisdictio ab inferioribus legitimè præscripta, non cumulativè, sed privativè acquisita censetur, ut sentit *gl.* 1. *c. pastoralis* 11. *de offic. Ordin.* ubi Abb. *n.* 7. & Felin. *n.* 3. idem Abb. *num.* 7.

*num.*7. & Felin. *num.*9. *in c. auditis, de præscript.* plures ut per Covar. *d. num.*3. Balb. *de præscript.* 1. *part.* 5. *principalis, num.*88. & *part.* 2. *num.* 22. Avend. *lib.* 1. *Prætorum, c.* 5. *num.* 25. moventur per text. *in d. c. auditis* 15. ibi, *pleno jure subjecta*, & *ibi, Episcopo super illis silentium imponatis*, quasi Episcopus per Abbatis præscriptionem ita censeatur privatus jurisdictione, & aliis juribus Episcopalibus, ut perpetuum sit eidem silentium impositum: similiter expendunt eadem verba *in c. cùm olim* 18. *in fine*, ibi, *perpetuum silentium imponendo, illo tit. de præscript.*

4 Verùm retenta priori sententia, quæ verissima est, non obstant in contrarium adducta; nam ad primum de dicta *reg. generi*, sunt qui respondeant limitari in jurisdictione, ita ut favore illius, & ratione boni publici per dationem Judicis specialis non censeatur derogatum generali, quia per cumulationem plurium Judicum multò magis bono publico consulitur, argum. *l. hujus studii*, §. *in magistratibus, ff. de Iust.* juvat *cap. prudentiam* 21. *vers. illa quippe*, ibi, *judicium quod plurimorum, & c. de offic. deleg.* ita Dec. *in c. cæterum, n.* 5. *de judic.* Covar. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 12. *n.* 3. sic intelligentes text. *in d. l.* 1. *de officio Præfecti Urbis, & in auth. de defensor. civitatum*, §. *& judicare, collat.* 3. *& c. per hoc* 17. *de hæret. lib.* 6. Sed hæc Doctorum limitatio manifestè confunditur per text. *in d. c.* 2. *de officio Legati.* Insuper ex eo, quia nulla proponitur differentiæ ratio inter materias jurisdictionis, & cæteras; text. verò *in d. l.* 1. cum modò citatis procedunt secundùm communem sententiam, quam sequimur, quia in dubio jurisdictio ab inferioribus quæsita, vel aliter concessa, cumulativa præsumitur, ut per Doctores in initio hujus
5 Allegat. citatos. † Si tamen ex legitimis conjecturis colligatur jurisdictionem esse speciali Jure privativè quæsitam, vel alicui secundo loco specialiter datam in favorem aliquarum personarum, vel aliàs quando certa causa specialiter alicui committitur, tunc privativè quæsita, vel data jurisdictio judicanda erit. Ratio est, quia favor illarum personarum specialis, certæque causæ datio demonstrant derogatum esse jurisdictioni generaliter competenti: consuletur enim maximè & personis, & certæ causæ in eo quod judices specialiter constituantur, ut ita specialiter designati, & non multis intenti opportuniùs valeant causas diffinire, & personarum, certæque causæ justitiæ, utilitatique providere, ut in omnibus judiciis specialibus experientia docet: ita in terminis Jacob. de Arena *in l. quod in rerum*, §. *si quis, ff. de leg.* 1. advertit eleganter ex aliis Cabed. *Lusitan. decis.* 13. *num.* 9. *p.* 2. observant plures, ut per Riminald. *in* §. 1. *Inst. de donat. num.* 182. Dec. *num.* 5. *in d. c. cæterum*, Castr. *in l. si procuratorio*, §. *Julianus, num.* 2. *ff. de procuratorib.* Afflict. *decis.* 101. Quo supposito dicendum est *reg. generi*, &c. non habere locum quando vel ex mente disponentis, vel aliàs legitimè constat noluisse concedentem derogare generi per speciem, vel propter præjudicium tertii, quod concedens in dubio inferre non præsumitur, quando aliud non exprimit, *l.* 2. §. *si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, c. super eo* 12. *de offic. deleg.* post alios Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 8. vel si publica utilitas offenditur, cui regulariter non parum consulitur quando plures Judices ad causarum definitionem constituuntur, arg. *d. vers. illa quippe*, juvat *l. duo ex tribus* 29. *ff. de re judic.* cum aliis: planè hic mentis defectus verosimiliter præsumitur ad effectum ne in dubio jurisdictio inferioribus competens ex privilegio, præscriptione, consuetudine, vel alio jure speciali, censeatur privativè competere, ut constat ex fundamentis, & Doctoribus initio hujus Allegationis citatis.

6 Ad secundum ex *d. c. auditis*, respondetur *ibid.* non agi de præscriptione in dubio, sed de illa tam clara, & absoluta, ut non solùm in Abbatem transtulerit omnem jurisdictionem, & jura Episcopalia, de quibus ibi, sed etiam omninò exemerit ab Episcopi jurisdictione, & pleno jure subjecerit, puta ex verbis text. *ibi, ab ejus jurisdictione prorsus exemptas*, & *ibi pleno jure possessa*, ac tandem *ibi, adjudicantes illas Abbati pleno jure subjectas*: itaque Abbas ibidem præscribens per integrum tempus præscriptionis, Episcopo excluso, solus quasi possidet, solus jura Episcopalia exercet, ut constat ex prædictis verbis, ac subinde nil mirum si præscriptio tam clara & absoluta fuerit privativa respectu Episcopi, etenim si ibidem res foret dubia, neque constaret quod Abbas pleno jure possedisset, sanè tunc text. contrarium respondisset, quia tamen tantùm præscriptum quantum possessum, *c. cùm in tua* 30. *de decim.* & Abb. *in d. cap. auditis*, non solùm possidet illa omnia, sed ita solus, ut Episcopus nunquam possederit, neque usus fuerit, meritò non cumulativa, sed privativa jurisdictio judicatur, ut text. habet.

Utrum autem quando jurisdictio privativè data est 7
alicui Judici, possint subjecti sine ejus consensu alterius Judicis jurisdictionem prorogare? Negant DD. communiter, sed meliùs latè D. Barbosa *in l.* 1. *art.* 3. *num.* 48. *cum seqq.* resolvit quod si in privatam aliquorum gratiam privativè jurisdictio data sit, non prohibentur alterius Judicis jurisdictionem prorogare, cum quo prosequere: plenè enim, & eruditè hunc articulum examinat, qui eadem *l.* 1. *p.* 4. *n.* 61. *ff. de judic.* subdit quod quando Princeps concedit aliquibus Judices certos privativè, videtur quidem prohibuisse, ne alii Judices propria auctoritate in illis causis se intromittant, non videtur autem tollere potestatem partibus, ut si velint, non possint prorogare alterius Judicis jurisdictionem.

Aliquibus modis limitatur supradicta resolutio, & 8
primò si in concessione speciali addatur clausula, *ut is solus de illis causis cognoscat*; nam tunc ut particula, *solus*, aliquando operetur, dicendum est in illis causis privativè ei fuisse concessam jurisdictionem. Ita Rip. *de peste, tit. de remed. præserv. n.* 62. Menoch. *de præsum. lib.* 2. *præs.* 18. *n.* 13. ubi *n.* 14. sublimitat quando jurisdictio competit ex consuetudine, D. Barbosa *d. l.* 1. *p.* 4. *n.* 98. *ff. de judic.* ubi *n.* 107. resolvit superiores Judices speciales non videri exclusos.

Secundò limitatur quando jurisdictio assignatur ali- 9
cui Castro, vel loco, ut ibi tractetur causa per Judicem talis loci, & castri, quia tunc jam est aperta mens concedentis ut sit privativa, Rom. *sing.* 21. *& cons.* 393. *num.* 10. Fel. *in c. pastoralis, limit.* 1. *de offic. Ord.* Cravet. *cons.* 411. *num.* 28. *vers. tertiò cessat*, Menoch. *d. lib.* 2. *præs.* 28. *num.* 10. & 11. Joseph. Sesse *tom.* 4. *decis.* 438. *num.* 24.

Tertiò limitatur quando concessa est jurisdictio 10
Prælatis Regularibus in suos vel Monachos, vel Fratres, hoc sanè casu præsumitur concessa privativè ad Episcopum, Put. *dec.* 239. *n.* 3. Menoc. *d. lib.* 2. *præs.* 18. *num.* 22.

Quartò limitatur eo casu, quo constaret Magistra- 11
tum specialem creatum esse, quia generalis propter multitudinem negotiorum non poterat illa commodè expedire; nam tunc specialis videbitur datus privativè ad generalem, quia aliter non esset succursum necessitati publicæ, propter quam creatus est, ex *l.* 2. *in d.* §. *& cùm placuisset, ff. de orig. Juris*, D. Barbosa *in l.* 1. *p.* 4. *à n.* 123. ubi id declarat.

Quintò limitatur quando jurisdictio specialis con-
ceditur per viam privilegii in favorem certarum personarum; nam tunc ut privilegium aliquid operetur, credendum est jurisdictionem datam fuisse privativè ad alios Judices, & non cumulativè: ita videtur probare text. *in l. nec quisquam, vers.* 1. *ff. de offic. Proconf.* Vincent. de Franchis *decis.* 417. *part.* 7. *num.* 2. Menoch. *d. lib.* 2. *præs.* 18. *num.* 18. Joan. Garc. *de nobil.*

gloss. 1. *num.* 9. *vers. item facit*, D. Barbos. *in d. l.* 1. *part.* 4. *num.* 134.

12 *Sextò* limitatur quando sunt plures Judices Ordinarii, & generales, & uni ex illis certum genus causarum specialiter committitur, videtur concessum privativè ad collegam: nam cùm prædictus ex sua generali potestate posset de illis cognoscere, ut commissio illa specialis aliquandò operetur, debet specialis commissio censeri facta privativè, *l. quoniam augeri*, juncta gl. *verb. mandatam, C. de conven. fisci debit. lib.* 10. Menoch. *d. lib.* 2. *præs.* 18. *n.* 12. D. Barbos. *d. l.* 1. *p.* 4. *n.* 143. *cum seqq.*

13 Sed dubium remanet, datâ præsumptione jurisdictionis, seu possessionis cumulativæ, quid probandum ad eam præscribendam contra illum, qui jurisdictionem exercet, vel possessionem habet cum alio cumulativè? Dic quod necesse habet illam probare cum ista qualitate, quod scilicet actus possessorios fecerit privativè quoad alium, Mantic. *dec.* 207. *num.* 1. *cum seqq.* Seraph. *decis.* 399. *num.* 1. Post. *d. observ.* 73. *n.* 29. & quod etiam probet prohibitionem, & quod adversarius prohibitioni acquieverit, Greg. XV. *dec.* 272. *n.* 1. & *dec.* 493. *n.* 1. Post. *d. observ.* 73. *n.* 30.

ALLEGATIO CXXV.

Episcopi confessio an, & quando Ecclesiæ præjudicet.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia tanquam corpus fictum sine anima confessionem per seipsam facere non potest.*
2 *Confessio Prælati habentis administrationem communem cum Capitulo non nocet, nisi sit facta cum consensu Capituli.*
3 *Confessio Prælati Ecclesiæ præjudicat, sicut & tutoris, procuratoris, & similium, si sit facta ex necessitate judicii per modum contentiosæ jurisdictionis, secus si extra & absque necessitate judicii per viam jurisdictionis voluntariæ.*
4 *Confessio Prælati, seu procuratoris dicitur voluntaria quando fuit facta non præcedente Judicis jussu.*
5 *Confessio Prælati, seu procuratoris voluntaria non præjudicat, nec est apta ad obligandam Ecclesiam, seu principalem in aliquo.*
6 *Confessio Prælati, seu procuratoris voluntaria revocari debet, quamvis geminatè facta sit, & etiam non docto de errore.*
7 Cap. si diligenti, de præscriptionib. *declaratur.*
8 *Citare Episcopum non sufficit, nisi etiam citetur Capitulum, quando agitur de præjudicio Ecclesiæ, ita ut sententia contra Ecclesiam lata citato solum Episcopo, sit nulla, & invalida. Intellige ut num.* 9.

1 CUM Ecclesia tanquam corpus fictum sine anima confessionem per seipsam facere non possit, ex reg. text. *in cap. Romana*, §. *in universitatem, de sent. excom. lib.* 6. ac proinde per Prælatum, seu alium de ipsa Ecclesia fieri debeat, non erit extra materiam quærere an, & quando Ecclesiæ ipsi præjudicet hæc Episcopi, seu Prælati confessio? In qua quæstione quidam constituunt differentiam inter confessionem Prælati non habentis Capitulum, vel saltem habentis administrationem divisam ab illo, juxta terminos text. *in c. edoceri, de rescript. gl. pen. vers. & si unus, in c. potuit, de locato,*
2 & per contrarium † inter confessionem ejusdem Prælati administrationem communem cum Capitulo gerentis, ita ut priori casu confessio noceat, posteriori verò minimè, nisi cum consensu Capituli facta sit, gloss. celebris *in c. Constantinopolitana, verb. nescio*, 22. *dist. gloss. verb. de veritate, vers. sed nunquid, in cap. dudum, il* 2. *de elect. gloss. verb. nulla, ad fin. in c. ult. de præs. & verb. conventuum, per text. ibi in cap.* 2. *de testib. lib.* 6. quas sequuntur in specie relati per Menoch. *cons.* 39. *num.* 24. Abb. *in c. ult. de præscript. num.* 43. & *in d. c.* 2. *de capellis monach. n.* 5. quem refert Dec. *cons.* 474. *n.* 7. Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. C, concl.* 669. *n.* 34. & *seq.* Mascard. *de probat. concl.* 367. *n.* 10. *cum duobus seqq.* faciunt quæ Rot. *dec.* 118. *à num.* 1. apud Farin. *p.* 2. *recent.* consensus autem Capituli debet præstari collegialiter, & Capitulo ad id legitimè congregato, ad notata per Rot. *dec.* 377. *n.* 3. *p.* 2. *recent.*

3 Alii verò summo cum judicio subdistinguunt inter confessionem factam in judicio, & ita ex necessitate illius per modum contentiosæ jurisdictionis, in quibus terminis ferè omnes agnoscunt solius Prælati confessionem Ecclesiæ præjudicare, sicut & tutoris, procuratoris, vel similium, sic intelligentes text. *in c. suborta*, ubi *gloss.* 1. *de re judic.* & *d. c.* 2. ubi gloss. *verb. sponte, de capellis monach.* & *c. ult. de confess.* & *cap.* 1. *in fine princip.* & ibi gloss. *ut lite non contest. l. non solum, in princip. ff. de procurat.* cum similibus; & inter confessionem factam extra, & absque necessitate judicii per viam jurisdictionis voluntariæ, quo casu non præjudicare Ecclesiæ, communiter resolvunt, juxta textus, quos in his terminis asserunt procedere, *in l. certum*, §. *sed an & ipsos, ff. de confessis, l. si defensor* 10. *in princ.* aliàs *l. sine, in princ. vers. sextus, ff. de interrog. actionib. l. proinde*, §. *si procurator, ff. ad legem Aquiliam*; quam distinctionem tradidit Bartol. post alios antiquiores *in d.* §. *sed an & ipsos, num.* 2: ubi Paul. Cum. & alii. Sarmient. & plures ab eo relati *lib.* 3. *select. cap.* 15. *num.* 5. citati ab Octavian. *Pedemont. decis.* 39. *n.* 6. & 34. Surd. *dec.* 326. *num.* 4. *lib.* 3. & sequitur Rot. *in Massiliensi pecuniaria*, 6. *Junii* 1611. coram *Greg. XV.* impressa per Farin. *dec.* 334. *n.* 4. *part.* 1. *recent.* & *in Virdunensi Abbatiæ*, 27. *Novembris* 1615. coram *Buratto*, impressa per eundem Farin. *dec.* 968. *n.* 5. *p.* 2. *recent.* & *in Mediolanensi Fabricæ*, 29. *Januar.* 1616. coram *R. P. D. Pirovano*, impressa per eundem *decis.* 779. *n.* 2. *eadem p.* 2 *recent.*

4 Dicitur autem Prælati, seu procuratoris confessio voluntaria, quando fuit facta non præcedente Judicis jussu, ut per Alex. *cons.* 222. *num.* 16. *lib.* 2. Rot. *in Pampilonensi decimarum de Gongara*, 14. *Maii* 1610. coram *Reverendissimo Bononiensi*, & *in dict. Virdunensi Abbatiæ* coram *Buratto dec.* 768. *n.* 5. *in med. p.* 2. *recent.* Vel nullo Jure cogente, ut post Ægid. *dec.* 694. *in princip.* exemplificat Rot. *in d. Mediolanensi pensionis*, coram *R. P. D. Pirovano decis.* 770. *num.* 2. *in med. p.* 2. *recentior.*

5 Amplia adeò verum esse confessionem Prælati, seu procuratoris voluntariam non præjudicare, nec aptam reperiri ad obligandam Ecclesiam, seu principalem in aliquo, per ea quæ tradunt Bald. *in l.* 1. *num.* 30. *C. de confessis*, Par. *cons.* 47. *num.* 92. *lib.* 1. *vol.* 1. Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholos. decis.* 392. Honded. *cons.* 66. *n.* 72. *vol.* 1. quos refert, & sequitur Rot. *d. dec.* 669. *num.* 2. *in fine*, ut † revocari debeat etiam non docto de errore, 6
ut per Rot. *dec.* 19. *de procurat.* & *decis.* 2. *de confess. in novis*, & *in Pampilonensi decimarum*, 10. *Maii* 1610. coram *Card. Sacrato*, & quamvis geminatè facta fuisset secundùm Caput. *decis.* 198. *p.* 1. & Rot. *d. dec.* 768. *n.* 5. *in fine, p.* 2. *recent.*

Non obstat *c. si diligenti, de præscript.* ibi, *cum secundum confessionem tuam*, &c. ex quo deduci videtur, Ecclesiæ præjudicare confessionem simplicem solius Prælati; quia respondetur ad hunc text. varios adduci intellectus, nec placet quem refert *gloss.* 2. ibi, scilicet confessionem illam præjudicare soli Archiepi-
1
scopo

ſcopo confitenti, quia ſi advertas, præjudicat etiam Eccleſiæ Piſanæ circa quaſi poſſeſſionem, & præſcriptionem. Nec item placet reſpondere in propoſito agi de negotio, quod Archiepiſcopus ipſe tractaverat, & de quo aliter quàm per confeſſionem illius conſtare non poterat, in qua ſpecie confeſſionem ipſius Prælati valere, & præjudicare, tenet *gloſſ. ult. in d. c. ult.* probata à Tiraq. *de retractu lig.* §.1. *gloſſ.*14. *num.*48. prout intellexit Abb. *in d. c. ult. à num.*43. ſiquidem hic intellectus nec in ſe verus eſt, nec convenit textui, ex his, quæ poſt Anton. & Imol. notat Pariſ. *in eod. c. ult. num.*54. *in princ. & in d. c. ſi diligenti,n.*8. *verſ. unde Abbas.* Quare ultra alios intellectus, de quibus per Doctores *in d.c.de Conſtantinopolitano*, & per Pariſ. *ubi ſuprà*, Crot. *in l. re conjuncti, in fine, ff. de leg.*3. obtinuit communis, confeſſionem ſolius Archiepiſcopi in propoſito attendi, & præjudicare Eccleſiæ, quia cum liquidò conſtaret Judicatum Calaritanum, & totam Sardiniam ad Romanæ Eccleſiæ patrimonium immediatè pertinere, ut text. habet *in princ.* & deducitur ex *c. ego Ludovicus*, 63. *diſt. & cap. Conſtant,*2. 96. *diſt.* utique Juris præſumptio erat pro confeſſione Archiepiſcopi, ac ſubinde illa, tanquam Juri & præſumptioni conformis, apparebat maximè veroſimilis, & ita admittenda fuit abſque alio concurſu vel conſenſu Capituli, etiam in ejuſdem præjudicium, prout intelligit Abb. *num.*4.& alii *in d.c.ſi diligenti*, communis ex Pariſ. *d.num.*8.*in princ. & d.num.*54. *verſ.quarta*, Curt. *de feudis*, 1.*part.quæſt.*8. *num.*16. Aym.*de antiquit.part.*1.*d. c. propoſitum,à num.*73. Sed nec is communis intellectus Jure probatur, nec videtur ſufficere quod confeſſio ſit veroſimilis,ut alteri quàm confitenti præjudicare poſſit, ut advertit Crot. *ubi ſuprà*,& licèt tota Sardinia ad Romanam Eccleſiam ſpectaret, potuit nihilominus Eccleſia Piſana aliquo titulo, vel Jure ſpeciali habere quaſi poſſeſſionem, de qua *in d. c. ſi diligenti.* Unde cùm text. contrarium non aperiat, nec principaliter de confeſſione dubitatum ſit, longè verius, & ſecurius videtur ſupponere terminos habiles, & ita quod confeſſio ſecundùm Juris regulas valuit etiam in Eccleſiæ præjudicium: nam ſive dicamus (ut ex littera colligi videtur) quod Archiepiſcopus in judicio apud Pontificem Max. agebat, vel defendebat cauſam ſuam, vel ſaltem communem, ſive cum Eccleſia Piſana, in qua ſpecie ſolus agere, & conveniri potuit, juxta communem *in d. c. edoceri*, ubi latè Felin. *à num.*2. meritò confeſſio Archiepiſcopi ex neceſſitate judicii procedens præjudicat etiam Eccleſiæ, ut ſuprà reſolvimus: ſi verò dicamus confeſſionem fuiſſe illic factam per viam voluntariæ juriſdictionis, & abſque neceſſitate judicii, tunc ut Eccleſiæ, vel Capitulo præjudicet, neceſſariò requiritur conſenſus, vel mandatum ſpeciale, nec ſufficit generale, juxta *d.*§.*ſed an*, ubi Bart. *num.*2. & ita ſupponendi ſunt termini habiles, id eſt, quod intervenerint omnia neceſſaria, arg. *cap.*1. juncta gloſſ. *verb. ab omnibus,de conſtitut.gloſſ.*2. *in l.*1.*C.de tranſact.*

8 Utrùm autem quando agitur de præjudicio Eccleſiæ, ſufficiat citare Epiſcopum abſque eo quod citetur Capitulum, ita ut ſententia contra Eccleſiam lata citato ſolùm Epiſcopo ſit nulla, & invalida? In hac quæſt. Rota *in Montis Regalis juriſdictionis*, 5. *Junii* 1606. coram *Peña*, impreſſa per Farin. *deciſ.*118. *part.*1. *recent.* cenſuit in his terminis ſententiam latam contra Eccleſiam citato ſolùm Epiſcopo eſſe nullam & invalidam, & præcipuè ex eo, quia appellatione Eccleſiæ non ſolùm venit Capitulum, *cap. cùm clerici*, ubi gloſſ. *verb. Eccleſiæ Placentinæ, de verb. ſignif.* ſed etiam,quia illius defenſio,præſertim in arduis, non pertinet ad Epiſcopum ſolum, ſed etiam conjunctim ad Capitulum, Felin. *in d. c. edoceri,num.*3.*verſic. prima declaratio,de reſcript.* Innoc. *in c.fin. in verb. requiratis*, & *ibid.* Zabarel. *in* 2. *oppoſit.* & Anchar.*notab.*5. & Butr.*num.*9.& 27.Abb.*num.*1.& 2.*de major.& obed.* Lap.*alleg.*48.*num.*5.*verſ.quæro quid in arduis*, Roman. *conſ.*369.*num.*21.

Verùm Farin. *in apoſtilla ad d. deciſ.*118. *lit.C*,obſervat quod ut ſententiæ præjudicent Capitulo, neceſſaria eſt illius citatio, ad not.per Roman. *d.num.*21. *in fine*,& Felin.*in c.fin.num.*3.& 4.*de major.& obed.* 9 additque ut ſententia valeat, ſufficere citationem Epiſcopi, ex text. *in c.expoſuit, de dilat. c. fin. de dolo & cont.* Bellam. *in d.c.fin. de majorit. & obed.num.*9. *in* 3. *oppoſit.* Zabarel.*conſ.*134. *in* 2. *dubio*, cum aliis ibidem citatis. Ratio autem quare non ſit neceſſaria hujuſmodi citatio Capituli, eſt quia magis principaliter intereſt Epiſcopi, & ad illum magis pertinet hujuſmodi defenſio, Butr. *in c. dilecti,num.*17. *de major. & obed.* Abb. *in c. cùm olim, col.*5. *verſ. fateor, de teſtib.* & pro validitate judicii ſufficit citare illum, cujus principaliter magis intereſt, Felin. *in d.c.fin.de majorit. & obed. num.* 3.& 4. Advertit tamen idem Farin. aliud eſſe Epiſcopum facere aliquem actum, quo amittitur libertas Eccleſiæ, & Eccleſia inducitur in ſervitutem, & tunc favore libertatis non amittendæ requiritur conſenſus omnium; & aliud eſſe Epiſcopum facere actum quo defenditur libertas Eccleſiæ, ut liberetur à ſervitute in qua reperitur conſtituta, & hoc caſu favore Eccleſiæ ſolus Epiſcopus, & quilibet alius admittitur ad vindicandam Eccleſiam à ſervitute, vide ibi per eum.

ALLEGATIO CXXV.

Epiſcopi negligentia an, & quando per alios ſuppleatur.

SUMMARIUM.

1 *Negligentia eſt rationis cunctatio, ſeu tarditas inefficaciter imperandi id quod eſt jam bene conſultatum & judicatum.*

2 *Virtus cui negligentia opponitur eſt prudentia.*

3 *Negligentiæ formalis & propriæ vitium non ſemper conſtituit peccatum mortale, & in Confeſſione ſpecificandum, niſi in duobus tantùm caſibus.*

4 *Juriſdictio contentioſa eſt illa, quæ redditur in invitos.*

5 *Juriſdictio voluntaria dicitur illa, quæ in volentes exercetur.*

6 *Archiepiſcopus in prima inſtantia non habet juriſdictionem cujuſcunque negligentiæ prætextu circa cauſas pertinentes ad ſubditos ſuffraganeorum.*

7 *Statutum, edictum, ſeu quodlibet aliud præceptum Archiepiſcopi concedentis, aut jubentis,ut ſubditi Epiſcoporum ſuffraganeorum ad ejus Curiam pro audiendis, & terminandis ſuis cauſis in prima inſtantia accedant, eſt nullum.*

8 *Archiepiſcopus non poteſt in prima inſtantia cognoſcere de cauſis pertinentibus ad ſubditos Epiſcopi ſui ſuffraganei, etiamſi is ob excommunicationem in ſe latam impediatur uti Epiſcopali juriſdictione.*

9 *Juriſdictio contentioſa Epiſcopi excommunicati non tantùm non devolvitur ad Archiepiſcopum pro ſuis culpis, ſed nec etiam pro illius negligentia, contra aliquos citatos* n.10.

11 *Devolutio juriſdictionis ut inducatur ad Archiepiſcopum ex capite negligentiæ, vel ex alia qualibet cauſa, non eſt ſatis eam non invenire prohibitam Archiepiſcopo, ſed oportet ut inveniatur expreſse in jure eidem conceſſa.*

12 *Devolutionis negotium non pendet ex ſolis rationibus*

vel

vel ex rei natura, sed ex sola legis dispositione.

13 Cap. cum scimus 9. q. 3. *declaratur.*

14 *Archiepiscopus non potest adiri in prima instantia per viam simplicis querelæ, propter negligentiam Episcopi, secus per viam appellationis.*

15 *Spectantia ad jurisdictionem voluntariam, si per negligentiam omittantur, multoties supplentur per alios, & ad hunc finem ad eos sæpe devolvitur potestas negligentibus competens.*

16 *Devolutio inducta ob negligentiam Prælatorum Ecclesiasticorum non procedit ex natura rei, seu aliqua ratione concludenti, sed immediatè tribuenda est voluntati, & dispositioni legis canonicæ.*

17 *Dominii devolutio de uno in alium fit per præscriptionem à lege inductam, ne rerum dominia essent in incerto.*

18 *Devolutio potestatis Prælatorum Ecclesiasticorum propter negligentiam non inducitur extra casus à Iure expressos.*

19 *Ius instituendi ob negligentiam Prælati in instituendis præsentatis etiam idoneis, non devolvitur ad proximum superiorem, sed patronus legitimo tempore præsentans potest interpellare Episcopum pro institutione facienda.*

20 *Devolutio ubi expressè à jure inducta reperitur, non semper fit ad proximum Superiorem.*

21 Cap. 1. de suppl. neglig. Prælat. in Decretalib. *declaratur.*

22 *Episcopo negligente præstare absolutionem ab excommunicatione à se lata in eum, qui ex justa causa petit absolvi, potestas absolvendi an ad Archiepiscopum devolvatur ex capite negligentiæ, ostenditur.*

23 *Absolvendi potestas ex solo capite negligentiæ quo casu ad Archiepiscopum devolvatur, ostenditur.*

24 *Archiepiscopus per simplicem querelam adiri non potest ob negligentiam Episcopi absolutionem ab excommunicatione denegantis.*

25 *Appellatione interposita ad Archiepiscopum ob absolutionem ab excommunicatione denegatam, an & quando debeat excommunicatum absolvere, ostenditur.*

26 Cap. significavit, de officio Ordin. *declaratur.*

27 Cap. nullus, de jurepatron. *declaratur.*

28 *Episcopo negligente concedere justè petitum consensum ad decimas, &c. ad Romanum Pontif. pro eo consensu præstando recurrendum est, & non ad Archiepiscopum: amplia quamvis negligens sit inferior Episcopo, ut* num. 35.

29 Cap. cùm simus, vers. simpliciter, 3. q. 9. *declaratur.*

30 Cap. 2. de transactionib. *declaratur.*

31 *Licentia ab Episcopo justè petita, & ab eo per injustam negligentiam non exhibita, ut obtineatur, non potest per viam simplicis querelæ recurri ad alium quàm ad ipsum Rom. Pont.*

32 *Archiepiscopus non potest supplere Episcopi negligentiam in præstandis licentiis, sed solùm compellere ipsum Episcopum injustè negligentem concedere dispensationem ab illo ex iusta causa per officium Iudicis petitam.*

34 *Archiepiscopus potest adiri ad effectum compellendi Episcopum, ut consentiat, quamvis eo negligente concedere, pro eo consensu præstando recurrendum esset ad Sum. Pont.*

36 *Archiepiscopus poterit præstare consensum denegatum ab Episcopo, & illius negligentiam in eo præstando supplere, ubi actum fuerit remedio appellationis.*

37 *Negligentia injusta Prælati circa provisionem beneficiorum non convincitur, nisi per lapsum certi temporis.*

38 *Negligentia eorum, quibus incumbit provisio majorum dignitatum, convincitur per lapsum trium mensium.*

39 *Negligentia providere debentium inferiores dignitates, & beneficia, convincitur per lapsum sex mensium.*

40 *Negligentia patronorum in præsentationibus ad beneficia faciendis ut convincatur, præfinitum laicis est tempus quadrimestre, Ecclesiasticis autem semestre.*

41 *Semestre tempus quare potius quàm aliud ad providendum de beneficiis inferioribus concessum fuerit ordinariis collatoribus, remissivè.*

42 *Tempus ad convincendam eligentium, seu collatorum negligentiam præfixum non computatur, nisi à die notitiæ vacationis.*

43 *Tempus à lege, vel ab homine præfinitum in dubio dum aliud non apparet, intelligitur continuum, intellige ut* num. 44.

45 *Tempus ad providenda beneficia præfixum datur in odium negligentium.*

46 *Tempus conferendi currit ab eo tempore, quo Episcopus potuit, aut scire debuit vacationem.*

47 *Visitare debet Episcopus bis, aut semel saltem singulis annis diœcesim suam.*

48 *Ignorantia vacationis beneficii non præsumitur in Episcopo.*

49 *Tempus ad convincendam eligentium, seu collatorum negligentiam non currit legitimè impeditis, intellige ut ibi.*

50 *Tempus ad convincendam collatoris negligentiam statutum non potest per superiorem arctari.*

51 *Devolutio potestatis ad Superiorem non habet locum ex negligentia eorum, qui Canonicatus, & præbendas in Ecclesia non numerata minimè provident.*

52 *Prælato injustè negligenti instituere bene præsentatum, aut confirmare bene electum, nullus certus terminus à Iure præfinitur.*

53 *Papæ nullum tempus præfixum est ad conferenda beneficia, quia non habet Superiorem, qui possit ejus negligentiam supplere.*

54 *Collatores convicta eorum negligentia per lapsum temporis ad conferenda beneficia sibi à Iure præfixi, statim pro ea primò occurrente collatione amittunt ipso jure potestatem providendi, & aliter facta collatio est nulla,* ut n. 55. *etiamsi mora sit unius etiam diei,* ut n. 56.

57 *Mora purgatio non amittitur ubi dies, & pœnæ simul à lege, vel ab homine ponuntur.*

58 Cap. licèt Canon, de elect. lib. 6. *declaratur.*

59 *Collator negligens infra præfinitum tempus conferre, licèt non possit jure proprio, potest tamen jure alieno procedere ad collationem faciendam.*

60 *Collatori non elabitur tempus præfixum ad conferendum, si intra illud pro viribus fecit, quamvis provisio effectum sortità non fuerit.*

61 *Patrono non labitur tempus datum ad præsentandum, si bona fide se præsentavit coram non habente jus instituendi.*

62 *Collator, seu elector fraudulenter se gerens in collatione beneficii, quæ effectum sortita non fuit, non potest iterum providere.*

63 *Episcopus in conferendo negligens potest beneficium sic devolutum unire.*

64 *Potestas providendi beneficia Ecclesiastica ex negligentia Prælatorum, quibus hoc munus incumbit, devolvitur regulariter de inferiori ad primum superiorem, donec perveniat ad Papam.*

65 *Patrono negligente juxta tempus sibi præstitutum ad præsentandum in beneficio, devolvitur jus conferendi ad instituentem, & procedit etiam in patronis regularibus,* ut n. 56.

66 Clem. unica, de suppl. negl. Prælat. *declaratur.*

67 *Instituendi ad conferendum ex negligentia patroni etiam*

etiam laici sex menses à die devolutionis, & notitiæ reservantur.

68 *Prælatus Episcopo inferior si jus conferendi beneficia habuerit, eo negligente, conferendi potestas devolvitur ad Episcopum.*

69 *Potestas collatorum Regularium ex negligentia in conferendis beneficiis an & quando ad Episcopum devolvatur, ostenditur.*

70 *Devolutio, quæ in casu negligentiæ fieri debet ad Episcopum, non potest fieri Sede vacante ad Capitulum.*

71 *Capituli Cathedralis Ecclesiæ ob negligentiam in conferendis beneficiis, quæ ad suam collationem separatim ab Episcopo pertinent, ad ipsum Episcopum tanquam immediatum superiorem fit devolutio, etiamsi Episcopus collationi interesse debuerit ut Canonicus,* & n.72.

73 *Compromissario per Capitulum electo ad conferendum negligente, devolvitur ipsius potestas ad Episcopum.*

74 *Beneficiorum collatio ubi ad Episcopum & Capitulum communiter spectaverit, tunc devolutio ex Capituli negligentia non fiet ad Episcopum, sed potius ad Archiepiscopum,* & n.77.

75 *Episcopo negligente intra debitum tempus conferre beneficia ad suam collationem separatim à Capitulo spectantia, collatio devolvitur ad ipsum Capitulum.*

76 *Devolutio in quibus casibus fiat à Superiore ad inferiorem, remissivè.*

77 *Jus conferendi quando spectat simul ad Episcopum, & Capitulum, qui inter se provisionem diviserunt per turnos, si Capitulum in suo turno non confert infra tempus à jure statutum, aut confert indigno, non fit devolutio ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum.*

78 *Collatio beneficiorum ubi spectat ad Episcopum jure speciali, vel devoluto, eo negligente non devolvitur ad Capitulum, sed ad Superiorem.*

79 *Episcopus ubi fuerit exemptus, & Romano Pont. immediatè subjectus, eo negligente potestas ad solum Romanum Pontif. devolvitur.*

80 *Devolutio ob negligentiam fit gradatim de Episcopo ad Capitulum, de Capitulo ad Archiepiscopum, de Archiepiscopo ad Patriarcham, & de hoc ad Sum. Pont.*

81 *Papa potest quandocunque ex vi majoris potestatis sibi semper reservatæ conferre, quin devolutionis ordinem expectare teneatur.*

82 *Papa in beneficiis inferiorum conferendis uti potest non solùm jure devolutionis, sed etiam jure præventionis.*

83 *Devolutio ex negligentia dimanans fit cum onere, & qualitatibus requisitis in prima provisione.*

84 *Devolutio ex negligentia fit ad Superiorem, qui dolosè non procuraverit negligentiam collatoris.*

85 *Superior si ante devolutionem jure devoluto conferat, collatio est nulla, quantumvis postea devolutio contingat.*

86 *Ordinarius si jure ordinario beneficium jurispatronatus contulerit, spreto patrono, infra tempus datum ad præsentandum, talis collatio valet non præsentante, nec contradicente patrono.*

87 *Devolutio cessat in reservatis.*

88 *Devolutio fit, si ii, ad quos spectat, provident indignis, seu inhabilibus, & incapacibus.*

89 *Vicarius si contulerit beneficium indigno, non fit devolutio, nec est Episcopus cōferendi potestate privatus.*

1 NEGLIGENTIA est rationis cunctatio, seu tarditas in efficaciter imperando eo quod est jam bene consultatum, & judicatum, ut definit Valent. *tom.*3. *disp.*4.*q.*5.*punct.*1. *vers.negligentia*, vel est omissio actuum rationis, qui necessarii sunt, ut opus suo tempore fiat, secundum Less. *de Iust. lib.*1. *c.*2. *num.*19. † Virtus igitur, cui opponitur, est 2
prudentia, post D.Thom.2.2.*quæst.*54.*art.*2. & Caiet. *ibidem*, Tabien.& Sylv. *in sum. verb. negligentia*, resolvunt latè explicantes Valent. *d. q.*5.*punct.*1. & Lessius *d. num.*19.

Licèt autem vitium formalis & propriæ negligentiæ 3
sit contra specialem prudentiæ virtutem, ex proximè dictis, tamen ob id non semper constituit peccatum mortale, & in confessione specificandum, sed tunc solùm quando negligentia per se & ex directa intentione fuerit voluntaria, ut est contra prudentiam; nec semper etiam in hoc eventu constituit peccatum mortale, nisi in duobus tantùm casibus.

Primus est, si ex negligentia committatur, vel omittatur aliquid, ad quod non omittendum, vel non committendum negligens teneretur ex aliquo præcepto, sive divino, sive humano obligante ad culpam mortalem, prout tradunt D. Thom. *d. q.*54. *art.*3. *in corpore*, Sylvest.Tabiena, & alii Summistæ *verb. negligentia*, Jacob. de Graff. *in aureis decis. p.*1. *lib.*3. *cap.*5. *num.*132.& *p.*2.*lib.*3.*c.*15.*n.*81. Less. *d.c.*2.*sub num.*20. Valent.*d.punct.*1.*vers. quartò notandum*, pariter observantes, quod negligentia circa opus prohibitum sub veniali tantum, non verò sub mortali, obliget solùm ad veniale. Juxta quam resolutionem reducendum, & intelligendum est illud quod de Prælato negligente tradunt indistinctè Gregor. Lop.*l.*50.*gl.*2.*col.*2.*post princ.* Ludov. Gom. *in reg. de annali*, *q.*28.*in epilogo casuum negligentia*, *casu* 140. post gloss. *verb.reatu*, *in c.ea quæ, de officio Archid.* resolventes negligentiam in Prælato esse peccatum mortale, ut non sit ita generaliter, & indistinctè accipiendum, sed potius moderandum juxta gravitatem rerum, quas Prælatus negligenter omiserit, juxta modò resoluta.

Secundus autem casus in quo negligentia obligat ad mortale, tunc continget quando intellectus in imperando, & voluntas in exequendo se habuerint adeò remissè circa ea quæ sunt Dei, sicque ea quis omittat cum tali injuria propriæ salutis spiritualis, ut nihil curet Dei amicitiam, immò totaliter ab ipsius charitate deficiat; tunc etenim etiamsi non interveniat illa directa contra prudentiam volitio, adhuc tamen constituitur specificum negligentiæ peccatum mortale in Confessione specificandum, ultra illud aliud ex ipso lethali opere ex negligentia commisso insurgens, maximè si hæc negligentia sequatur ex contemptu, ut resolvit D. Thom. *dict. art.*3. *in corpore*, Valent. *dict. vers. quartò notandum*, & constat ex iis, quæ eleganter, ut solet, agens de transgressione legis ex contemptu, resolvit novissimè Soar. *de legib.* 3.*p. cap.*24. *à princ.*

Negligentia Prælatorum Ecclesiasticorum, de quibus agitur *in tit. de supplenda negl. Prælatorum*, contingere potissimùm potest duobus modis, vel in iis quæ spectant ad eorum jurisdictionem, vel contentiosam, qualis est illa, quæ redditur in invitos, ut explicant communiter Doctores *in leg.*2. *ff. de offic. Proconf.* post gloss. *ibi*, *verb.contentiosam*, Marant.*de ordine judic.part.*4.*disp.*18.vel circa ea, quæ ad † voluntariam 4
pertinent, quæ est illa, quæ in volentes exercetur, ut prædicti Doctores explicant, prout est ordinatio, consecratio, benedictio, auctoritatis, seu decreti interpositio, absolutio, beneficiorum provisio, dispensatio, & his similia, ut notant Doctores *in cap. decernimus*, *de jud.* Franc. *in c. cùm nullus*, *sub n.*7. *de tempor. ordin. lib.*6.ubi Anch. *sub n.*2. Domin.*sub n.*3.*vers. Religiosi*, Covar. *lib.*3.*var.c.*20.*num.*6. *cum seqq.* Boër. *decis.*30. Vant. *de nullit. tit. ex defectu jurisdictionis*, *num.*109. Henriq. *in sum. lib.*6.*c.*7.§.1.juncta *lit.G*, qui hanc duplicem jurisdictionis speciem, & cujuslibet exempla notant ad varios effectus, maximè ad intellectum, & limita

limitationem text. *in l. ult. ff. de jurisd. omnium jud. & in c. ult. §. statuto, de const. lib.6.* ubi latè controvertit Lud. Gom. *num.57. cum seqq.*

De negligentia Prælatorum in iis, quæ pertinent ad jurisdictionem contentiosam.

6 QUoad Prælatorum negligentiam in expediendis iis, quæ pertinent ad jurisdictionem contentiosam, resolvendum est Archiepiscopum in prima instantia non habere jurisdictionem cujuscunque negligentiæ prætextu, circa causas pertinentes ad subditos Prælatorum Suffraganeorum, ut probant text. *in cap. nullus primas, 9. quæst.3. cap.1. de offic. Legati, cap. pastoralis, de officio Ordin. c.1. eod. tit. lib.6. c.1. de foro compet. eod. lib. c.1. de suppl. negl. Prælat. eod. lib. cap. Romana, §. cùm verò, de appellation. eod. lib.* tradunt Covarr. *pract. c.9.num.2. cum seqq.* Henriq. *in sum. lib.11. de Matrimon. c.3. §.4.* Spin. *in speculo testam. gloss.15. princ.num.39. & 40.* Sanch. *de Matrim. lib.3. disp.28.n.3.*

7 Unde infertur, nullum esse edictum, statutum, sententiam, seu quodlibet aliud præceptum Archiepiscopi concedentis, aut jubentis, ut subditi Episcoporum Suffraganeorum ad ejus Curiam pro audiendis, & terminandis suis causis in prima instantia inconsulto Episcopo accedant; nam cùm earum respectu Archiepiscopus nullam habeat potestatem, juxta Doctores proximè citatos, succedit reg. *ea quæ fiunt, de regulis Juris lib.6.* text. *in c. etsi clerici, de jud. & in c. quod autem, de pœnit.* cum similibus, junctis his, quæ de nullitate legis, aut statuti intentati à non habente sufficientem potestatem scribit post alios Suar. *de legib. lib.1. c.8.* & in specie probat dictum *c.1. de suppl. negl. Præl. lib.6.*

8 Amplia adeò verum esse Archiepiscopum non posse in prima instantia cognoscere de causis pertinentibus ad subditos Episcopi sui suffraganei, ut procedat etiamsi is ob excommunicationem in se latam impediatur uti Episcopali jurisdictione: ita probat text. *in d. c.1. de supplenda negl. Præl. lib.6.* ubi Doctores, tradunt Joan. Andr. *in c. pastoralis, in princ. sub num.21. de officio Ordinar.* ubi Adrian. *num.3. in fine,* Butr. *n.16.* Panorm. *sub num.10.* & Felin. *num.5. in fine,* Dec. *in c. sollicitudinem, num.5. de appellat.* Host. *in sum. de offic. Ordin. §. quid pertinet, sub num.7. col.3. post med.* Sylvest. *in sum. verb. Archiepiscopus, num.3.* Petr. Gregor. *syntagm. juris part.2. cap.9. num.35. lib.17.* Ratio est, quia devolutio potestatis de uno ad alterum induci non potest, nisi in casibus à jure expressis, ut infra ostendemus, nec de uno ad alium ad eam inducendam argui potest, etiamsi ratio videretur eadem in utroque, nisi verba casus expressi convenerint, ita ut alium comprehendant, juxta ea, quæ notantur *in reg. ea quæ à Iure exorbitant, de regulis Iuris lib.6.* atqui casus in quo Episcopus Suffraganeus excommunicatus fuerit, aut aliter suspensus, expressus non est quoad hunc effectum, ut expressit text. *in d.c.1.* ibi, *cùm id non inveniatur à Iure concessum, de suppl. negl. Præl. lib.6.* Igitur, &c.

9 Rursus amplia, ut non tantum devolvatur Episcopi excommunicati jurisdictio contentiosa ad Archiepiscopum pro suis culpis, sed nec etiam pro illius negligentia; in hanc etenim licèt ille incidat circa exercitium Episcopalis jurisdictionis contentiosæ, tamen non ob id eadem jurisdictio per viam regulæ ad Archiepiscopum devolvetur ad effectum, ut Archiepiscopus per viam simplicis querelæ adiri possit ultra casus in Jure specialiter expressos, quæ ampliatio probatur ex eo, quia devolutio potestatis, aut jurisdictionis alicui competentis non est ex ejus negligentia inducenda, nisi in casibus à Jure expressis, ut clarè probat *d. cap.1.* atqui nullibi in Jure invenitur concessum, ut per viam regulæ jurisdictio Episcopi ex ejus negligentia devolvatur ad Archiepiscopum. Igitur, &c. Quare meritò ita resolvunt Dominic. *sub num.5. col.2. in d. cap.1.* Abb. *in c. si quis contra, num.4. de foro compet. & in c. pastoralis, num.10. de offic. Ordin.* ubi eandem regulam constituit in quolibet Judice negligente: sequitur Felin. *ibid. sub n.6. & in c. quoniam, in fine tit.* Gregor. Lop. *l.11. tit.5. part.1. gloss.6.* & quoad causas jam cœptas coram Judice negligente agnoscit Gail. *lib.1. observ.28. n.1. & 3.* & habetur inter communes opiniones *tom.1. lib.4. sub tit. de rebus creditis, num.139. & tom.2. lib.7. sub tit. de appellat. num.26.*

10 Contrarium verò, immò quod generaliter ex negligentia Episcopi devolvatur jurisdictio ad Archiepiscopum, tenuerunt gloss. *verb. culpis, in d.cap.1. de suppl. neglig. Prælat. lib.6. & verb. exceptis, in cap. pastoralis, de offic. Ordin. & verb. Capitulum, in cap. irrefragabili, eod. tit. & in sum.9. quæst.3.* Hostiens. *in sum. tit. de officio Ordin. §. quod pertinet, sub num.7. col.2. in med.* cui adhæret Anch. *in d.cap.1. sub num.1.* Franc. *sub num.3.* Dominic. *sub num.5. col.3. post princ.* & Monach. *sub num.1. & 2.* Azor. *instit. moral. part.2. lib.3. cap.34. quæst.10. vers. quæres.* Ex illo tamen fundamento, quod licèt *in d.cap.1.* expressum sit, ut pro culpis Episcopi non devolvatur jurisdictio ad Archiepiscopum, id tamen expressum non est respectu negligentiæ ejusdem Episcopi, ac proinde quod ea stante fiet hujusmodi devolutio, præsertim quia cùm Episcopus per eam negligentiam peccet in ipsammet jurisdictionem, quam per negligentiam desinit exercere, per culpas autem de quibus in illo text. non peccaverit in eam, nil mirum si ob hanc fiat jurisdictionis offensæ devolutio ad Archiepiscopum, licèt non fiat propter illam.

11 Retenta tamen nostra ampliatione non obstat fundamentum illorum, qui contrarium tenuerunt; facilè enim respondetur quod ad inducendam jurisdictionis devolutionem ad Archiepiscopum ex capite negligentiæ, vel ex alia qualibet causa, non est satis eam non inveniri prohibitam Archiepiscopo, sed oportet ut inveniatur expressè in Jure eidem concessa, ut habetur *in d. cap.1.* quia scilicet hujus devolutio est de genere prohibitorum; nam inter alia quæ sunt de genere prohibitorum, respectu Archiepiscopi potissimum locum obtinent actus jurisdictionales in prima instantia exercendi inter subditos Episcoporum suffraganeorum; nam hujusmodi jurisdictionis exercitium generaliter non solùm prohibetur à Jure per modum consequutivum, id est in consequentiam sacrorum Canonum, qui singulis Episcopis suam in suos subditos ordinariam jurisdictionem privativè concesserunt, sed etiam per modum directum, videlicet directè prohibendo Archiepiscopis ne in prima instantia judicent, vel audiant causas eorum, qui Episcopis subdunturr, ut constat ex text. *in c.1. de offic. Ord. lib.6.* cum aliis suprà adductis.

12 Ad confirmationem verò prædicti fundamenti ex diversitate rationis, quæ cernitur inter culpas, de quibus *in c.1. de suppl. neglig. Prælat. lib.6.* & negligentiam, de qua in dicta ejus glossa, facilè etiam ex dictis respondetur negotium hujus devolutionis non pendere ex solis rationibus, vel ex rei natura, sed ex sola legis dispositione, ut infra ostenditur, *num.16.* Unde cùm nulla lege dispositum inveniatur, ut per viam reg. jurisdictio etiam contentiosa Episcopi ex ejus negligentia ad Archiepiscopum devolvatur, sequitur non esse in his terminis devolvendam, quantumvis ipsa per hujusmodi negligentiam offensa sit, sed alio potiùs remedio ordinario utendum erit, ut infrà dicetur.

13 Præterea pro gloss. Host. & communi non facit text. cui plurimùm innituntur *in c. cùm simus 9. quæst.3.* quia respon

respondetur procedere in suo casu, esseque unum ex illis de quibus in Jure expressum specialiter reperitur, ut non obstante regula negativa, quam supra firmavimus *in vers. rursus amplia, n.9.* jurisdictio Episcopi ex sua negligentia devolvatur ad Archiepiscopum, ut cum Abb. *in c.nullus, num.7. de jurepatron.* infra latè resolvemus: qua etiam ratione specialiter à prædicta regula negativa excipitur, & procedit text. *in authent. de quæstore, vers.si verò, & in c.Romana,§.sanè,vers. notoria,de censib. lib.6. & in c. venerabilis, §.sanè, de sentent.excommun.eod.lib.& in c. ad reprimendam,de officio Ordin.* de quibus latè infrà agemus: sic etiam procedit Concil. Trident. *sess.13. de reform. c. ultim. versic. quod si*, prout etiam ex eadem ratione specialitatis
10 procedunt alia jura, in quibus specialiter expressum reperitur, ut de uno ad alium judicem fiat devolutio jurisdictionis ex negligentia, ut videre est *in c.significavit, de offic. Ordin. & in c.quanto, eod. tit. & in c. ex tenore, & in c. ex transmissa, & in c.licèt 10. de foro compet. & in Clem.1. vers. non igitur, de celebr. Missarum,& in c.excommunicamus,§. volumus,de hæret.* cum aliis, quæ facilè colligi poterunt ex traditis per Host. *d.col.3. in med.* & per Gom. *in epilogo casuum negligen-*
14 *tiæ, post reg. de triennali possessore.*

Extrà hos autem speciales casus standum est prædictæ nostræ, & Abb. ac aliorum regulæ negativæ, ex fundamentis de quibus suprà. Circa quam tamen advertere oportet, eam solùm procedere ad effectum, ne in prima instantia per viam simplicis querelæ possit adiri Archiepiscopus propter negligentiam Episcopi; non verò ad effectum ne ad eum recurri possit per viam appellationis: etenim ad eum ex capite prædictæ negligentiæ appellari poterit, proindéque ad eum causa devolvetur, sicque parti per negligentiam Episcopi læsæ justitia per Archiepiscopum diligenter ministrabitur; & constat tum ex generali & ordinario appellationis remedio à lege omnibus expressè non prohibitis concesso ad reputandum gravamen à judice injustè illatum, juxta text. *in l.1. ff. de appellat.* cum vulgaribus: tum etiam ex iis quæ resolvit Sanch. *de Matrim.lib.3.disp.28.num.4.* & diximus in prima parte *hujus tract.tit.4.de Archiepiscopali præstantia, n.61. cum seqq.*

De negligentia Prælatorum in iis, quæ pertinent ad jurisdictionem voluntariam.

15 VIdimus supra de Prælatorum negligentia in expediendis iis, quæ pertinent ad jurisdictionem contentiosam: restat nunc ut videamus de illa, quæ contrahitur in expediendis iis, quæ spectant ad jurisdictionem voluntariam, in qua constituendum est, ad illam spectantia, si per negligentiam formalem, sive propriam, sive impropriam omittantur, suppleri multoties per alios, & in hunc finem ad eos sæpè devolvi potestatem negligentibus competentem, ut singula singulis referendo constat ex textu *in c.1. cum seqq. de*
12 *suppl.neglig. Prælat. & in c.2. & in c.quia diversitatem, & in c.cum nostris, & in c. dilectus, & in c. postulastis, de concess. præbend. & in c. ne pro defectu, de elect. & in c.postquam,50.dist.* & post Ordinarios in præcitatis Juribus observant & prosequuntur Sylv. *in sum.verb.benef.2.num.6.& 7.& verb.Prælatus, num.3.* latè Rebuff. *in praxi benef.tit.de devolution.* Henr. *in sum.lib.7. c.25. à num.4. in fine*, Jacob. de Graff. *in aureis decisionib. p.1.lib.3.c.5.n.132.& n.146.& p.2.lib.3.c.15.num.81.* Gutier. *canon.qq.lib.1.c.28.* Petr.Greg. *syntagm.juris p.2. lib.17. c.9.* Azor. *instit.moral.p.2.lib.3.c.34.vers.quæres,* & latè *lib.6.c.27.*

16 Intellige tamen hanc devolutionem inductam ob negligentiam Prælatorum Ecclesiasticorum non procedere ex natura rei, seu aliqua ratione concludenti,
13 sive eam consideremus ut pœnalem, prout considerant Doctores post gloss. *in c.duobus, de rescript. lib.6. & in c. quanquam,de elect.eod.lib.* teste Petr.Gregor. *d. c.9.num.17.* sive ut principaliter inductam in publicum favorem, ex rationibus, de quibus infra: non, inquam, devolutio hæc concluditur in prima consideratione; licet enim ratio postulet, ut hæc negligentia, utpote culpabilis, non maneat impunita, juxta reg. text. *in l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquil. & in c.ut famæ, de sentent. excomm.* tamen nulla est ratio, quæ concludat hac vel illa pœna fore puniendam. Rursus nec concluditur in ultima consideratione, potuit enim alia via negligens cogi, ut idemmet à sua negligentia deficeret, & proprio muneri satisfaceret, ac tandem per hoc utilitati publicæ consuleret. Igitur solùm restat ut dicamus hanc devolutionem immediatè tribuendam esse voluntati & dispositioni legis Canonicæ, quamvis fatendum sit eam pluribus rationibus bonum Ecclesiæ concernentibus, immò & ipso legum Civilium exemplo suaderi. De rationibus constat; nam aliter Ecclesiæ, aut earum jura diu in suspensio essent, Pastoribus & Præfectis viduatæ, vel absolutè, ut quia propter negligentiam provisio nec fit tam citò, & commodè ut fieri ab ipso negligente speratur, ut observat Erasm. à Cochier *de jurisd. Ordin. in exemptos, p.2. quæst.30. num.2.* vel secundum quid, ut ipse dum in expediendis Ecclesiasticis muneribus se negligenter gerit uti inutilis suo muneri, & officio: oportuit igitur secundum suadentem rationem hac via obviare huic diuturnæ vacationi, tanquam nimiùm periculosæ, & animabus subditorum, & Ecclesiis dispendiosæ, juxta text. *in c.quàm periculosum, de elect. & in c.1.& 2. 84. dist. & in c.1. & 3. 86. distinct.* Deinde ut obvietur avaritiæ Prælatorum, qui alioquin permitterent Ecclesias diutius vacare, ut tandem pro eo tempore earum fructus colligerent, quos in ipsa earum collatione reservare, & colligere non possent, juxta responsionem Pontific. *in c.unic. vers. omnibus,ut Ecclesiastica beneficia.* Denique ut eorum negligentia puniatur in eo in quo per eam deliquerunt, juxta reg. text. *in c. pastoralis, de cler. excom. minist.& in c.litteras, de tempor.ordin.* prout ex Doctorum sententia tradit Petr. Greg. *d. n.27.* Et hæc satis de rationibus, quibus prædicta ob negligentiam devolutio suadetur.

De exemplo autem legum Civilium patet ex *l.2.* 17
§. si mater, ff. ad Senatusc. Tertyll. cui etiam addi potest ea dominii devolutio, quæ de uno in alium fit per præscriptionem à lege inductam, ne rerum dominia essent in incerto, neve tam lata dominorum negligentia impunita remaneret, contra text. *in c. vigilanti, de præscript.* juncta *l.2. de usucap.* Sic etiam nemini licuit inter Ethnicos impunè vineam suam incultam habere, immò Romani nota infamiæ afficiebant eum, qui negligenter fundum suum arasset, vel vineam pro derelicta habuisset, ut ex Aul. Gellio *lib.3. c.13.* refert Petr. Gregor. *d.c.9.num.26.* ubi plura alia exempla adducit.

Cùm igitur juxta supradicta constet hanc potestatis Prælatorum Ecclesiasticorum devolutionem inductam propter negligentiam non concludi, & immediatè deduci ex natura rei, nec ex alia ratione concludenti, sed immediatè procedere ex voluntate, & determinatione Juris Canonici, jam sequitur eam non esse inducendam extra casus ab eodem jure expressos, ut ultra vulgarem reg. de legibus pœnalibus, & odiosis non extendendis, traditam à Doctoribus *in regul. odia, & in reg. in pœnis, de regulis juris lib.6.* probat expressè *d. c.1.de suppl. negl. Præl. lib.6.* suprà non semel ponderatum.

Unde colligitur, ob negligentiam Prælati in in- 19
stituendis præsentatis etiam idoneis, jus instituendi non devolvi ad proximum Superiorem, sed patronum legitimo tempore præsentantem, juxta text. *in*

c.unic.§ verùm,de jurepatr.lib.6. posse interpellare Episcopum pro institutione facienda, quamvis illud post præsentationem lapsum fuerit,arg. text. *in cap.cùm inter* 18. *de elect.* & eo adhuc negligente,posse recurrere ad Superiorem,qui terminum ad institutionem faciendam præfigit inferiori, arg. text. *in c. ad reprimendam, de offic. Ordin. & in c. si grave, de præbend.* Ratio est, quia licèt negligentia Episcopi circa collationem beneficiorum operetur hanc devolutionem juxta infra dicenda, expressum tamen non est ut eam operetur, quando solùm versatur circa prædictam institutionem, unde succedit nostra resolutio, quare ita tenent Abb. *in c.2.n.12. de concess.præbend.* Lambert.*de jurepatr p.1.lib.1.q.1.art.20.n.8.declarat.2.cum seqq.* Petr. Greg. *d.c.9.n.44.*

20 Ubi autem à jure prædicta devolutio expressè inducta reperitur, non semper fit ad proximum Superiorem, quasi hic devolvendi ordo præcisè dependeat ex natura rei, id est ex ea subordinatione, quæ fit de inferioribus ad superiores; licèt enim hujusmodi ordinatio per se, & ex natura rei plures effectus producat, & concludat in materia obedientiæ superioribus debitæ,juxta illud Pauli *ad Hebræos* 13.*Obedite Præpositis vestris*,ex reg.text.*in cap.omnis anima,de censib.*licèt item prædicta subordinatio concludat superiorem posse compellere inferiorem,ut faciat quod facere tenetur, ut bene considerat Petr.Gregor. *d.num.*45. & post multos variis in locis. Lambertin. *d. art.*20. tamen non concludit prædictum devolvendi ordinem, nec proinde ut proximus superior conficiat quod inferior facere tenebatur, ut in quodam casu ad hanc materiam pertinente, de quo infra ex Joan. Andr. Cardin. Panorm. *in cap. pastoralis, de offic.Ordin.* super *gloss.*2. refert Navar. *in cap.placuit*, 1.*q.*2. *de Pœnitent.dist.*6. & in pluribus aliis casibus tradit post alios Lambert. *ubi proximè*; nec id mirum, cùm prædicta subordinatio, dum aliud à jure expressum non reperitur, eò solum tendat, ut inferiores obtemperent justis superiorum præceptis, ut constat ex resolutis per citatos Doctores: quapropter ordo prædictæ devolutionis aliunde desumendus est immediatè, videlicet ab expressa legislatoris voluntate, ita ut secundùm eam devolutio fiat modò ad hunc, modò ad illum, licèt superior non sit, prout in jure fuerit expressum, juxta ea, quæ suprà diximus, & ideò cautè legendus est Erasm. à Cochier *de jurisd. Ordinarii in exemptos, parte* 4. *quæst.* 30. per totam; quo pacto procedit multiplex, & diversus devolvendi ordo, quem Jus Canonicum in hac materia præscripsit, ut ex infra dictis, quatenus spectet ad Episcopos, sigillatim apparebit.

21 *Primò* igitur ex hucusque dictis infertur intellectus ad text. *in cap.*1. *de supplend.neglig. Prælat. in Decretal.* dum inquit, quod si Episcopus diœcesanus legitimè requisitus negligat benedicere Cistercienſem Abbatem, ipse Abbas poterit monachos proprios benedicere, & cætera ad Abbatis jam benedicti officium spectantia exercere; quasi propter hujusmodi negligentiam potestas benedicendi Episcopo Jure communi competens devolvatur in totum ad Jus ipsum Canonicum, & ob hoc censeatur obtenta illa benedictio per Abbatem neglectum, ut in effectu post Innoc. & Host.sentiunt ibidem Joan. Andr. *num.*4.Butr. *num.*11.Panorm. *à num.*2. & alii communiter, idem ex rationis identitate resolventes in confirmatione per negligentiam ab Episcopo legitimè requisito non exhibita Abbati electo, quasi hic tanquam ab ipsa lege Canonica confirmatus posset omnia in temporalibus ad juris correctionem pertinentibus gerere; quæ solùm post confirmationem, non autem ante illam geri possunt, juxta text. *in c.nosti, & in c. transmissam, de elect.* quod tamen ultimum non probamus; cum hic modus devolvendæ & supplendæ potestatis Episcopalis,quoad hujusmodi confirmationis articulum non exprimatur à jure, prout exprimi necesse erat, ut induci posset, juxta suprà resoluta.

Secundò infertur resolutio illius quæst. an scilicet 22
Episcopo negligente præstare absolutionem ab excommunicatione à se lata in eum, qui ex justa causa petit absolvi, potestas absolvendi ad Archiepiscopum devolvatur ex capite prædictæ negligentiæ? Pro cujus solutione præmittendum est, justitiam causæ ob quam petitur hujusmodi absolutio, dupliciter contingere posse: primò quando excommunicatus contendit, & coram eodem excommunicatore allegat eandem excommunicationem esse injustam, proindéque humiliter petit ejus revocationem,& absolutionem; secundò quando ipse licèt fateatur istam fuisse prædictam excommunicationem, tamen coram eodem se præsentat emendatum, & parere paratum.

In terminis primi casus resolvendum est, hanc ab- 23
solvendi potestatem multiplici quidem via posse ad Episcopum devolvi,sed ad nullam ex illis,excepta una, de qua infra, necessarium est considerare prædictam negligentiam,quasi eidem tribuenda sit hujusmodi devolutio; nam absque alicujus negligentiæ respectu potest illa fieri, & primò per remedium appellationis,ubi excommunicatio in favorem alterius collitigantis, videlicet pro offensa ei facta, vel pro debito non soluto lata fuit, juxta text. *in c.venerabilibus,in princ.de sent. excom.lib.6.* tum etiam, quia Archiepiscopus ad quem appellatum est, poterit de rigore,si dubitetur, an justa, vel injusta fuerit excommunicatio, ab eadem absolvere, nisi ex honestate velit ad excommunicatorem remittere excommunicatum absolvendum, ut in eodem textu, *in §. sanè, vers.quod si, & in cap. per tuas,vers. nisi, de sentent. excommun. & in cap. ad reprimendam, vers. tu verò, de offic. Ord.* juxta intellectum Innocent. qui *in d.cap.per tuas, num.*4. credit ibi actum fuisse per viam appellationis. *Secundò* prædicta devolutio absque respectu alicujus negligentiæ fieri potest per remedium simplicis etiam querelæ, ubi causa injustæ excommunicationis non versatur inter subditos Episcopi Suffraganei, sed potiùs inter ipsum Suffraganeum, & suum subditum,juxta reg. text. *in cap.*1. *99. dist. & in cap.per singulas*, 9. *quæst.*3. *in cap.si clericus*, 11. *q.*1. & text. in specie *in dict. cap. venerabilibus, in princ. vers.sed si, & in dict. cap.ad reprimendam, vers.tu verò*, juxta unum intellectum, quem plurimùm adjuvant illa verba ejusdem text. ibi, *eidem Episcopo satisfaciat competenter*, dum per ea satis demonstratur causam injustæ excommunicationis versari ibi inter ipsum subditum, & Episcopum: quod idem erit etiamsi hujusmodi causa versetur inter ipsos subditos; dummodo tamen excommunicatus contra suum Episcopum ex tali injustitia prætendat interesse, juxta *dict. cap. venerabilibus, in princ. vers. sed si*, & text. qui intelligitur *in c. sacro* 48. *vers. caveat, de sentent. excom.* juncto *vers. cumque*, ibi, *excommunicator condemnetur ad interesse excommunicato*, quibus verbis satis ostenditur in eo text. contra Episcopum excommunicatorem actum fuisse ad interesse, cùm aliter non posset super eo ferri sententia condemnatoria, juxta text. *in l. ut fundus, ff. communi dividundo*, cum vulgaribus; atque ita multiplici via potestas absolvendi devolvi poterit ad superiorem Archiepiscopum, sed non ex capite negligentiæ, ut suprà diximus, quippe quod etiam ante ullam Episcopi excommunicatoris negligentiam in absolutione impendenda potest excommunicatus eam ab Archiepiscopo postulare, interposita contra Episcopum vel appellatione, vel simplici querela, juxta suprà dicta.

Via igitur per quam in terminis prædicti primi 24
casus potestas absolvendi ad Archiescopum devolvetur ex solo capite negligentiæ, tunc continget, quando post interpositam dictam appellationem, seu

querelam

querelam apparuerit prima facie ex tenore processus excommunicationem fuisse justè prolatam,& ob hanc causam Archiepiscopus excommunicatum absolvendum ad excommunicatorem remiserit, prout (nisi periculum sit in mora) tenetur adeò remittere, ut antea non possit eum absolvere, ne aliter excommunicatori fiat injuria manifesta, prout fieret si eo non requisito per alium in talibus terminis absolveretur,ut constat ex *d. c. venerabilibus*, §. *sanè*, *in princ. & ex d.c.sacro*, ibi, *qui si absque periculo moræ*, &c. juncta reg.text.*in c.servaretur*,11.*q*.3.Facta igitur hujusmodi remissione, si contingat excommunicatorem requisitũ ab excommunicato absolutionem illi per malitiosam negligentiam non exhibere, tunc ad Archiepiscopum absolvendi potestas devolvetur, ut constat ex *d.* §.*sanè*, ibi, *nisi excommunicator requisitus malitiosè illi absolutionis beneficium deneget exhibere*,intelligendo hæc verba non tantum de denegatione quæ verbis, sed de illa etiam quæ factis, putà per prædictam negligentiam explicatur, prout intelligi necesse est, quia aliter illusoria maneret eorum dispositio, cum facilè absolutio, quæ verbis non denegatur, posset factis exhibitionem ejus negligendo denegari, & injustè retardari, contra intentionem ejusdem text. & in his terminis verum erit dicere hanc devolutionem fieri immediatè ex capite negligentiæ formalis, quippe quod si hæc non daretur,non posset in his terminis pro hujusmodi absolutione ad Archiepiscopum recurri ulla alia via, sed solum ad ipsum Episcopum excommunicatorem,ut patet ex *d.*§.*sanè*.

24 Quod attinet verò ad secundum casum, dicendum est in ejus terminis potestatem absolvendi nullatenus devolvi ad Archiepiscopum ex sola negligentia Episcopi excommunicatoris, ita ut per simplicem querelam ille adiri possit pro hujusmodi absolutione impetranda; cùm enim devolutio hæc non reperiatur in Jure expressa, succedunt suprà resoluta *n.*18. Restat igitur,ut in hoc casu locus tantum sit appellationis remedio,juxta ea quæ de licentia ad assistendum matrimonio per negligentiam à proprio Prælato non exhi-
25 bita dicit Sanch. *de matrim.lib.*3.*disp.*28.*n.*4.† Interposita autem hujusmodi appellatione,& per eam delata causa ad Archiepiscopum, ipse poterit, & debebit statim absolvere excommunicatum, cautione recepta, quod ipse parebit excommunicatoris mandato,circa ea propter quæ fuit ab eo justè excommunicatus, ut efficaciter colligitur ex text.in terminis excommunicationis etiam injustæ loquente, *in c.per tuas* 40. *de sent. excom. & in c.venerabilibus*,§.*porrò*,*eod.tit.in* 6. quod ampliatur, ut Archiepiscopus non teneatur in hoc casu excommunicatum remittere ad excommunicatorem pro hujusmodi absolutione impendenda, sic limitata decisione text. *in d.* §. *sanè*, quia scilicet (ut ex eodem textu constat) remittendi necessitas, & absolvendi prohibitio, de qua ibi, omninò cessat,ubi excommunicator requisitus malitiosè illi absolutionis beneficium denegat exhibere; hæc autem malitiosa denegatio datur in hoc casu supposita prædicta negligentia excommunicatoris pro hujusmodi absolutione requisiti, juxta supradicta *in vers. præcedenti*.

26 *Tertiò* infertur intellectus *ad c. significavit, de officio Ord.* dum probat stante negligentia Judicis delegati à Papa circa processum causæ, quæ super incestuosa quorundam conjunctione vertebatur, posse Ordinarium, qui eos ob eam causam infamatos excommunicaverat, in pristinam excommunicationis sententiam revocare, quantumvis ab ea fuerint per eundem delegatum absoluti, ut scilicet procedat spe-
24 cialiter, cùm in eo expressum sit, ut ad prædictum effectum ex negligentia talis delegati fiat ad ipsum Ordinarium devolutio potestatis, quæ soli delegato, non verò Ordinario competebat in eam causam, supposita Summi Pont. delegatione, & evocatione ejusdem causæ per eam delegationem, utpote ex certa scientia factam inducta, juxta reg. text. *in c. pastoralis*, §. *præterea*, ibi, *jurisdictionem priorum judicum revocare*, *de offic. deleg.* juncta reg. text. *in c. ut nostrum, de appell.* resolvunt Host.Henric. Abb. *n.*2. & omnes *in d. c. significavit*, & post Vincent.Rip. Staphil.& alios tradit Covar. *pract.c.*9.*num.*14. *in fine*. Intellige prædictam devolutionem, de qua *in d. c. significavit*, solùm habere locum ad effectum repetendæ excommunicationis, de qua ibi, non verò ad effectum, ut hujusmodi Ordinarius ad definitivam usque sententiam in causa procedere possit, ut denotare videntur verba ejusdem text. ibi, *donec causa*, &c. & observant *gloss.ult.* Innoc.& Doctores communiter, ut per Abb. *ibid. n.*5.

Quartò infertur intellectus ad text. *in cap.nullus,de* 27
jurepatr. dum probat Episcopo negligente concedere justè petitum consensum ad decimas & Ecclesias in proprietatem, hoc est, ad redditus, & proventustemporales à laico retentos, juxta text. *in c.extirpandæ, in princ.de præbend.*religioso etiam loco per eundem laicum donandos requisitum, juxta terminos text. *in c. illud,de jurepat.*ad Romanum Pontif.pro eo consensu præstando recurrendum esse, ut procedat ex eo, quia sic in eo text. expressum est,ut in his terminis ex Episcopi negligentia potestas præstandi hujusmodi consensum auferatur ab eo, & ad Romanum Pontif. devolvatur, ut per eum suppleatur.

Amplia *primò* hujusmodi potestatem adeò ad Ro- 28
manum Pontif. devolvi, ut ille solus, non autem Archiepiscopus possit ea uti, & prædictam Episcopi negligentiam supplere consensu ab eo injustè non exhibito; cùm enim in Jure non inveniatur expressum,ut in hoc casu ad Archiepiscopum hæc potestas devolvatur, immò oppositum efficaciter colligatur ex *d. c. nullus*, succedunt suprà resoluta; & ita ex hoc fundamento hanc sententiam tenent Panorm. *ibi*, *n.*3. post Card. & Joan. Andr. *ibidem*, quos sequitur Roch. *de jurepatr.verb.pro eo quod*,*n.*16.Paul.de Citadinis *in simili tract.p.*9.*n.*10.*in fine*,Lambert.*in ead.p.*2.*lib.*1.*q.*1. *art.*20.*n.*8.*cum seqq.*

Quamvis contrarium tenuerit Calderin. relatus à 29
Panorm. *ubi proximè*, *n.*2. Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum & uxor.* §.22. *n.*4. & quoad speciem text. *in d. c. nullus*, sequitur post alios Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.*11.*num.*28. *in fine*, licèt *ibidem n.*29. hoc non admittat in ea quæstione, an consensus directi domini ex ipsius negligentia in alienatione emphyteusis non exhibitus, suppleri possit per Præsidem, & in eum potestas consentiendi ad hujusmodi officium devolvatur.Nec pro Calderin.& sequentibus facit text. *in c. cùm simus, vers similiter*, 9. *q.*3.quia cum Panorm.& aliis post eum relatis respondetur, procedere tantum in suo casu, videlicet ubi negligentia Episcopi versatur circa Constitutionem œconomi,de quo ibi: hoc itaque casu ad Archiepiscopum prædicta potestas constituendi devolvetur,quia sic expressum est in eo text.non tamen inde poterit argui ad alios casus non expressos, proindeque nec ad eum, de quo agimus in terminis text. *in d. c. nullus*. Sic etiam pro sententia Calderini non facit text.(cui multùm innititur Palat.*ubi proximè*)*in c.*2.*de transact.*†dum pro- 30
bat, compositionem super decimis faciendam esse de consensu Episcopi, vel Archiepiscopi, quasi (ut Palat. dicit)Archiepiscopus pro hujusmodi consensu adeundus sit, ubi Episcopus injustè neglexerit consentire; respondetur enim facillimè cum altero ex antiquis præceptoribus, verba hujus text. id non probare, quippe quod intelligenda sint respectivè, scilicet quod ad Episcopum respectu sui Episcopatus, & ad Archiepiscopum respectu sui Apchiepiscopatus pertinet facultas consentiendi in prædicta decimarum composi

compositione, quando ea alioquin licitè fieri potest, juxta ea quæ ad illius textus, & similium explicationem latè post alios tradit Suar. *de relig.tom.1.tract.3. lib.4.c.51.n.16.cum seqq.*

31 Amplia *secundò* suprà positam illationem,ut procedat non solùm in actibus,in quibus Episcopi consensus requiritur per modum auctoritatis ad eos solemnizandos,& formandos,ut in specie text. *in d. c.nullus*; sed etiam in illis, in quibus hujusmodi consensus non ita exhibendus desideratur,sed solum ad colligendam ejus voluntatem,& licentiam, ne aliter absque ea videatur jure aliquo sibi competente privari,contra reg.*id quod nostrum,ff.de reg.juris*, prout videre est in casu in quo clericus nec ex causa studij potest à sua Ecclesia abesse absque licentia Episcopi, juxta text. *in c.relatũ,de cleric. non resid.* & in casu quo absque illa nullus potest Ecclesiam construere,juxta tex.*in c.nemo,de consecrat. dist.5.* nec in ea juspatronatus acquirere,juxta text.*in cap.nobis, de jurepatr.* & in casu quo absque eadem licentia nullus potest ab alieno Episcopo Ordines suscipere,juxta text.*in c.1.cum aliis,ibid.9.q.2.& in c.1.cum seqq.de tempor.ordinat.lib.6.*& Concil.Trident.*sess.14. de reform.c.2.& sess.23.* etiam *de reform.c.8.*& alibi.In his etenim, & aliis similibus casibus, quos ad ornandam decisionem text. *in d.c.nullus*, congerit Lambert. *in d.art.20.* & alij, ut per Roch. *verb. pro eo quod, n.13.*resolve pro obtinenda Episcopi licentia justè petita, & ab eo per injustam negligentiam non exhibita, non posse per viam simplicis querelæ recurri ad alium, quàm ad ipsum Romanum Pontificem, cùm aliud in jure non reperiatur expressum, ut bene post Abb. & alios plures resolvunt Roch. *d.verb.pro eo quod,n.16.* & Lambert. *d.art.20.n.8.cum seqq.*

32 Quamvis contrarium absque bono fundamento tenuerit unus ex antiquis præceptoribus Conimbricensis Academiæ *in scoliis ad d.c.nullus*, credens distinguendum esse inter prædictos duos modos requirendi consensum Episcopalem, quasi in primo procedat nostra resolutio, proinde prædictum consensum requisitum, scilicet per modum auctoritatis, solus Romanus Pontif.supplere possit,ex eo quia is solum,& non Archiepiscopus,nec alius Romano Pont.inferior,ex reg.text. *in c.proposuit,de concess. præb.* potest supplere Juris defectus hujusmodi, & actuum solemnitates necessarias, prout prædictus consensus, & auctoritas, qui ut talis debuit ad validitatem prædictæ donationis aliàs non valituræ necessariò concurrere, juxta text. *in l.obligari,§.tutor,ff.de auctor.tutorum,& in c. pen.*juncta gloss. *verb.mandantibus, de re jud. lib.6.* at verò in posteriori modo à cessante hujusmodi ratione dicendum est, licentiam ab Episcopo ex negligentia non exhibitam posse per Archiepiscopum suppleri.Hæc itaque distinctio quoad secundam ejus partem admittenda non est, advertere namque debuisset colendissimus præceptor, quod ut ad Archiepiscopum devolvatur prædicta potestas ad supplendam Episcopi negligenaiam,non satis est quod agatur de supplenda tali re quæ cadere possit sub potestate Archiepiscopi, sed ulteriùs requiritur, quod talis devolutio reperiatur in Jure expressa,juxta ea quæ diximus *sub n.18.* Unde in omnibus speciebus in quibus illa non reperitur expressa, prout non reperitur in illis, quas suprà ex Lambertin. retulimus,concluditur eam non esse admittendam, proindeque in illis non posse Archiepiscopum supplere Episcopi negligentiam in præstandis prædictis licentiis,juxta hanc secundam ampliationem, prout etiam non potest eam supplere, sed solum compellere Episcopum injustè negligentem concedere dispensationem ab illo ex justa causa per officium Judicis petitam, ut bene resolvit Lambert.*d.n.8.*post gloss.ad hos terminos reducendam *verb. causæ,in fine,in c.exigunt, 1.q.7.*

33 Amplia *tertiò*, supradictam secundam illationem procedere, etiamsi agatur de consensu ad prædictam donationem justè petito,& per negligentiam non exhibito ab eo, qui fuerit inferior Episcopo, & cui eum consensum exhibere spectabat ratione, verbi gratia, juris quasi Episcopalis: adhuc enim ad solum Romanum Pontif. & non ad alium ipso inferiorem pertinebit supplere,& præstare eundem consensum,ex ea ratione,quia oppositum non reperitur expressum, unde succedunt illa quæ resolvimus suprà *n.16.cum seqq.*

Contrarium verò in iis terminis tenet Lambert. *d. art.20. n.22.* existimans in illis posse Episcopum præstare hujusmodi consensum: *primò*, quia ipse respectu omnium sibi inferiorum Prælatorum habet intentionem fundatam ad jurisdictionem in eos exercendam, sicut in cæteros omnes in ejusdem diœcesi existentes, juxta text. *in c.omnes Basilicæ, 16.q.7. Secundò*, quia res de facili revertitur ad suam naturam, juxta text. *in c.ab exordio,35.dist.*cum vulgaribus. Retenta tamen nostra ampliatione non obstant Lambertini fundamenta; nam ad primum responderi potest, non habere locum ubi constiterit Prælatum inferiorem ex speciali titulo privativè habere jura Episcopalia, & per consequens potestatem præstandi prædictum consensum; tunc enim ejus respectu cessabit Ordinaria Episcopi jurisdictio,juxta text. *in c.auditis,*cum aliis *ibid. de præscript.* & consequẽter illa tam propria fiet ipsius inferioris Prælati, quantumvis in Episcopali diœcesi existentis, ut ad instar cæterorum ejus bonorum non possit absque ipsius consensu ab eodem auferri,etiamsi in ejus exercitio negligens fuerit, nisi in casibus à jure expressis,juxta reg.*id quod nostrum,ff.de reg.jur.*ex quo consequitur responsio ad ultimum fundamentum; neque enim regressus ad pristinam naturam admitti potest, ubi adhuc durat primus ab ea discessus, ut in nostris terminis.

Limita jam *primò* prædictam illationem sic explicatam,& desumptam ex *d.c.nullus*, ut procedat solùm quoad effectũ ne Archiepiscopus quidẽ,sed solus Romanus Pontif.possit præstare prædictum consensum ab Episcopo per negligentiam non exibitum, non verò procedat ad effectum compellendi Episcopum, ut consentiat prædictæ donationi;hæc enim compellendi facultas competit etiam Archiepiscopo, ita ut is pro compellendo Episcopo adiri possit, quin Romanus Pontif.adeatur.Cùm enim Archiepiscopus sit Ordinarius superior Episcopi,juxta text.*in c.pastoralis,de offic. Ord.* nil mirum si eum sic injustè negligentem compellere possit: quare ita tenent Joan.Andr.Card. Panorm. *citatis locis*, & alij communiter, ut per Roch. *d.verb.pro eo quod,n.15.* Paul.de Citadin. *d.p.9.n.10.* Lambert.*d.n.8.cum seq.* Quicquid oppositum tenuerit Host.relatus à Panorm. *in d.c.nullus,n.2.* pro quo non facit text.*in eod.c.nullus*; licèt enim de solo Romano Pontif.mentionem faciat,id tamen procedit solùm respectu supplendi consensus ab Episcopo per negligentiam non exhibiti,ut idem text.habet,non verò respectu prædictæ compulsionis; hæc enim tanquam casus ab eodem text.omissus,regulanda est juxta regulam ordinariam textus *in d.c.pastoralis*, ut docet illa alia reg. text.*in l.commodissimè,ff.de liberis,& posthum.* & ita in effectu respondent, & prædictam decisionem text. *in d.c.nullus*,intelligunt suprà citati Doctores,& alij cõmuniter,ut per Lambert.*d.art.20.n.9.*& quidem bene, quicquid ipse ibidem aliter respondeat,intelligens ideò in eo text. solius Romani Pontificis mentionem fieri, quia ejus decisio dirigebatur in Episcopum Adonensem, qui eum solum, & non alium superiorem recognoscebat,advertere nãque debuisset Lambert. (prout nos modò advertimus lapsi aliquando) verba ejusdem text.generalia esse ad quemlibet Episcopum, ut patet ibi,*si quis Episc.*&c.*Secundò*,quod etiamsi daremus cũ ipso Episcopo Adonensi particularibus verbis ad eum destinatis Romanum Pont.loquutum fuisse in eo text. tamen postquam is ad corpus Juris Canonici reda-

ctus fuit, communis à Gregorio IX. jam non ut epistola fuit, privata ad privatum, sed ut lex generalis ad omnes censendus est.

36 Limita *secundò*, ut procedat solùm ad effectum ne per viam simplicis querelæ negotium ità devolvatur ad Archiepiscopum, ut ipse possit præstare prædictum consensum, non verò procedat ubi actum fuerit remedio appellationis; & super ea plenè pronunciatum contra Episcopum, sententia transeunte in rem judicatam: nam tunc ipse Archiepiscopus præstare poterit hujusmodi consensum, & Episcopi negligentiam in eo præstando supplere, quasi in his terminis ex natura appellationis suspendente, & devolvente, juxta reg. text. *in c. pastoralis, §. verùm, & in cap. ut debitus*, cum aliis *ibidem, de appellat. & in cap. Romana, §. si verò, & in c. cum appellationibus, & in c. non solùm, eod. tit. in 6.* & quæ post alios prosequitur Rebuff. *in concord. tit. de frivolis appellat. in princ. & tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de appellat. art. ult. gloss. unica, num. 21.* Duen. *reg. 42.* Covar. *pract. c. 23. n. 1.* ad eundem Archiepiscopum sit deluta potestas negligētis Episcopi, & in illum transfusa, ut in terminis licentiæ, ut alienus Sacerdos assistat matrimonio, concedendæ ab Episcopo, qui injustè negligit eam concedere, post Spin. Segur. & Fr. Emman. benè resolvit Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 28. num. 4.* quorum tamen resolutio ita cautè accipienda est, ut intelligatur negligentiam Episcopi in his terminis præbere quidem sufficientem causam ad justificandam prædictam appellationem; ita ut ea probata coram Archiepiscopo, sit ab eo pronunciandum contra Episcopum negligentem; & post hujusmodi pronunciationem sit in ejus defectum prædicta licentia per Archiepiscopum concedenda; non verò eidem præbere jus devolutionis ante prædictam pronunciationem, cùm hoc in jure expressum non sit, juxta supra resoluta: nam devolutio Juris ad Archiepiscopum, ubi locum habet, operatur ut ad eum, tanquam ad immediatum Ordinarium recurri possit per viam simplicis querelæ; quod tamen secus est, ubi non ex Jure devoluto, sed mediante remedio appellationis Archiepiscopus adeundus est, ut constat ex textu *in cap. 1. in princ. de foro compet. lib. 6. & in cap. venerabilibus, in princ. vers. neutra, de sentent. excom. eod. lib. & in c. 1. de offic. Legati*, post alios prosequitur Covar. *practic. c. 9. n. 2.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 34. quæst. 10.* Quæ resolutio summè notanda est, non solùm ad speciem text. *in d. c. nullus*, sed ad omnes alias, quarum meminimus suprà *in vers. amplia secundò, n. 31.*

REGULA I.

De negligentia Prælatorum Ecclesiasticorum circa beneficiorum provisionem.

7 INjusta Prælati negligentia circa provisionem beneficiorum non convincitur, nisi per lapsum certi temporis. Constat hæc reg. *ex text. in c. 2. cum seqq. de suppl. neglig. Prælat. & in Clem. unica, eod. tit. & in cap. 2. & in c. quia diversitatem*, cum aliis *ibidem, de concess. præb. & in c. ne pro defectu, de elect.* cum multis aliis, Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 27.* Nic. Garc. *de benefic. p. 10. c. 3. n. 1.*

38 Dixi, *nisi per lapsum certi temporis*; quia hoc tempus non semper est idem, sed modò brevius, modò longius, videlicet pro diversitate casuum, & canonicarum dispositionum: nam in majoribus dignitatibus, ut Archiepiscopalibus, & Episcopalibus, & Abbatiis Regularium Ecclesiarum providendis negligentia eorum, quibus hæc provisio incumbit, convincitur per lapsum trium mensium, ut colligitur ex text. *in d. c. ne pro defectu, & in c. postquam, 50. dist.* sic antiquata decisione tex. *in c. dilectus, de concess. præb.* observat *gloss. ult.* & omnes *ibi, & in d. c. 2.* ubi *gloss. 4.* huic similis, *verb. devolvatur, vers. scias tamen, in c. quemquam, de elect. lib. 6.* ubi omnes notant, Nicol. Garc. *d. p. 10. c. 2. n. 3. & 4.*

39 In aliis verò inferioribus dignitatibus & beneficiis convincitur negligentia illa providere debentium per lapsum sex mensium, sive per electionem, sive per collationem provisio eorum sit expedienda, ut constat ex Concil. Lateran. IV. sub Alex. III. de quo *in c. 2. de concess. præb.* & ex text. *in c. cum nostris, & in cap. dilectus, & in cap. postulastis, & in d. cap. quia diversitatem, eo tit. & in c. sicut*, cum aliis *ibidem, de suppl. neglig. Prel. & in Clem. unica, eod. tit.* docent Cuch. *instit. major. lib. 4. tit. 1. n. 168.* Nicol. Garc. *d. p. 10. c. 2. n. 5. cum seqq.*

40 Præterea ad convincendam etiam patronorum negligentiam in præsentationibus ab beneficia faciendis, præfinitum laicis est tempus quadrimestre, Ecclesiasticis autem semestre, juxta text. *in c. unic. de jure patr. lib. 6.* atque ità in his, & aliis collatoribus, de quibus suprà post Ordinarios in dictis juribus observant Rebuff. *in praxi, tit. de devolut. n. 3. & 4.* Petr. Greg. *syntagm. Iuris part. 2. lib. 17. c. 9. num. 22.* Gutier. *canon. quæst. lib. 1. c. 28.* Perez *l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 59.* Joan. Aloys. Ricc. *in coll. decis. p. 1. coll. 119.* Azor. *d. lib. 6. c. 27. quæst. 2.* Cardos. *in praxi judicum, & advoc. verb. juspatronatus, n. 15. & 16.* Menoch. *de arbitr. casu 572. num. 5.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 9. num. 209. cum seq.* & dixi suprà hac *p. 3. alleg. 72. à num. 126.*

41 Cur autem semestre tempus potius, quàm aliud ad providendum in beneficiis inferioribus concessum fuerit Ordinariis collatoribus, consule Petr. Gregor. *d. cap. 9. num. 28. & 29.* ubi id tribuendum credit voluntati Lateranensis Concilii, notæ tamen ex plurimis utriusque Juris exemplis, & negotiis, in quibus ad negligentiam convincendam præscripti sunt sex menses, ut videre est in absentia clericorum, juxta text. *in c. ex tua, de cleric. non resid.* & ædilitio edicto, juxta text. *in l. cum sex, ff. de ædilit. edict.* & in dilationibus, juxta text. *in l. 1. C. de dilationib.* & in appellationibus, juxta text. *in l. sancimus, C. de appellat.* cum aliis similibus, ut per Menoch. *d. casu 562. n. 5. cum seq.*

42 Declara hujusmodi tempus ad convincendam eligentium, seu collatorum negligentiam præfixum non computari, nisi à die notitiæ vacationis, ut constat ex text. *in d. c. quia diversitatem, in fine, & in cap. licèt, de supplenda neglig. Prel.* & patet ex ea ratione, quia cum hujusmodi tempus, juxta modò dicta, præscriptum sit ad convincendam, & cohibendam culpabilem Prælatorum negligentiam, hæc autem talis esse nequeat stante eorum probabili ignorantia, utpote quia hac stante, deficit voluntas, quæ ad inducendam culpam requiritur, juxta text. *in c. cum voluntate, de sentent. excommun. & in cap. 2. in princ. juncto fine*, ibi, *ignorantes, de const.* prosequitur post alios latè Covar. *in c. alma mater, part. 2. §. 10. num. 12.* consequitur hujusmodi tempus à solo die notitiæ vacationis esse computandum; unde meritò hanc declarationem post Ordinarios *in d. cap. quia diversitatem, & in d. cap. 2.* observant Rebuff. *ubi sup. num. 10. & in concord. tit. de nominat. Regia, §. 1. in gloss. verb. intra sex menses, in princ.* Petr. Greg. *d. c. 9. n. 30. & 31.* Greg. Lopez *l. 8. verb. supiesse, tit. 16. p. 1.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q. 5. n. 25.* Azor. *d. lib. 6. c. 26. q. 10.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Iuspatronat. §. 8. dub. 1.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 3. n. 6.* Mantic. *dec. 270. n. 3. & dec. 158. n. 1.* & alii plures quos refert Nic. Garc. *d. p. 10. c. 2. n. 15.* Rot. *dec. 309. p. 1. recentiss. in posthum. & decis. 173. n. 1.* apud Farin. *part. 2. recent.* ubi post Mohedan. *dec. 4. n. 1. & seq. de probationib.* etiam fuit dictum probationem scientiæ deberę

debere esse veram, & concludentem, ut præsumptiva non sufficiat, quod etiam habetur *decis.*186. *n.*2. *p.*2. *recent.* Mantic. *decis.*271. *n.*4.

43 Huic tamen declarationi obstare videtur text. *in c.*3. *de præbend. lib.* 6. dum probat tempus à lege datum Romano Pontif. ad conferenda beneficia, quæ licèt ad Ordinariorum collationem spectent, tamen in Romana Curia vacarunt, continuum esse, & ita currere à die vacationis. Deinde obstare videtur, quia omne tempus à lege, vel ab homine præfinitum, in dubio, dum aliud non apparet, intelligitur continuum, juxta text. *in l. nunquam* §.1. *ff. de usuc.* & post gloss. celebrem *ad rub. ff. de divers. & tempor. præscript.* & Doctores *in c. unic per text.* ibi, *de vita & honest. cler. lib.*6. resolvit Ant. Gom. *var. tom.*3. *c.*1. *n.*3. hinc contra alios deducens tempus certum, pro quo aliquis ad carcerem, v.g. condemnatur, continuum esse debere, & proinde non sufficere interpolatum, & consequenter contra eosdem sentiens idem in Doctore, cui certum aliquod privilegium concessum sit, si per aliquod tempus legerit, fore resolvendum, nisi statuto suæ Universitatis, prout Salmanticensis, cautum fuerit, ut non interpolaretur per justam absentiam, vel infirmitatem, & in nostra celebri Conimbricensi Academia, ut habetur *in ejus statutis lib.*3. *tit.*22. §.1. tempus infirmitatis non discontinuat vicennium ad jubilationem, & ad ejus privilegia præfinitum, extra hos terminos optima ratione procedent prædictæ Gomezii resolutiones, quippe quod ex differentia gloss. *verb. continuum, in Clem.*1. *de in integrum restit.* receptæ communiter ex Doctoribus *ibi*, ut per Menoch. *remed.*15. *recuper. n.*115. Cujac. *lib.*1. *observ.*18. licèt tempus utile nec diebus feriatis, nec absentibus, nec impeditis currat, currit tamen, atque omnem interpolationem excludit tempus, quod fuerit continuum, prout esse debet in dubio dum aliud legitimè non constiterit, juxta supra dicta, & post Bapt. *in praxi*, §. 12. *in princ. c.*1. pertransit tanquam indubitatum Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. infra legitimum, n.*3. *C. de in integr. restit.* refert communiter receptum Salzed. *ad Bern. in pract. c.*68. *litt. A*, Mynsing. *cent.*3. *observ.*59. *n.*4. & in casu frequentissimo notat Navar. *cons.*37. *n.*2. *de Regul.* quod cùm ita sit, videtur dubia prædicta secunda declaratio.

44 Quapropter pro pleniori explicatione & solutione harum difficultatum advertendum est, dupliciter quoad nostrum intentum contingere posse, quod tempus à lege præfiniatur: vel enim præfiniri potest in odium ejus, cui præfinitur, & intra tale tempus ita jubetur facere, ut aliter eo elapso aut lucrum amittat, ut *in auth. hoc amplius, C. de fideicom.* aut damnum sentiat, ut *in d. c. quia diversitatem*; vel rursus præfiniri potest in favorem, aut odium, non ejus qui facere debet, sed alterius, ut *in d. c.*3. ubi in favorem Ecclesiarum, ne diu vacarent, & Ordinariorum, ut ita citius suam conferendi potestatem reassumerent, & res ad pristinam causam rediret, non autem in odium Summi Pont. tempus unius tantum mensis ipsi fuit ad providendum in prædictis beneficiis assignatum, ut bene ibidem observat gloss. *verb numerandum, post princ.* & alii *ibid.* Inter utrumque modum illud est discrimen, nam in primo tempus non currit, nisi à tempore notitiæ, proindéque non currit probabiliter ignoranti, propter rationem supra positam *n.*42. & in his terminis tempus non currit continuum, cum supposita prædicta ratione non simus in dubio, immò appareat intentio legis volentis, ut tempus sit utile, nec proinde ad hujusmodi terminos pertinere possunt resolutiones relatæ ex Gomezio *d. n.*3. In posteriori verò modo tempus contra ignorantem currit à die, verbi gratia, vacationis; ratio est, quia cùm in his terminis non agatur de odio, sed de favore ejusdem ignorantis, ne ipsi præjudicium aliquod inferatur, nihil est quod ejus scientia & negligentia expectetur, sed illud solùm ex quo liberius sequitur alterius favor principaliter intentus, ac proinde solius vacationis dies attendetur, & exinde tempus computatur, juxta text. *in d. c.*3. quem sic eleganter intelligit gloss. *d. verb. numerandum*, recepta per Abb. *in repet. cap. cùm esses, n.*34. *de testament.* & per Rebuff. *in concord. tit. de nominat. Regia*, §.1. *in gloss. verb. à die vacationis, & d. tit. de devolut. n.*15. & per Tiraquell. *de retractu lig.* §.35. *gloss.*4. *n.*26.

45 Cùm ergo tempus hujusmodi, ut supra præfixum ad providenda beneficia detur in odium negligentium, ut innuit Nicol. Garc. *d. p.*10. *c.*2. *n.*16. ideò ubi primùm Prælatus sciverit Ecclesiam vacasse, statim incipiet currere tempus ad sui negligentiam in providendo convincendam statutum, ut apertè deducitur ex *d. c. quia diversitatem, & ex d. cap. licet.* Quorum decisiones ampliatur procedere non solùm † ubi Prælatus 46
prædictam vacationem actualiter sciverit, sed etiam ubi eam scire debuerit, ut quia adhibita ea diligentia quam ejus professio postulaverit, scire potuerit prædictam vacationem: nam licèt à parte rei eam ignoret, tamen si eam scire debuit, non excusabitur, cum hujusmodi ignorantia sit crassa, & ita ab eo tempore computabitur tempus quod sibi ad beneficium conferendum assignatum est, ut bene resolvunt post alios Rebuff. *d. tit. de devol. n.*10. Petr. Greg. *d. num.*31. *in fin.* Rot. *dec.*323. *n.*. *p.*2. *recent.* & apud. Nicol. Garc. *d. p.*10. *c.*2. *n.*29. Unde fit quod si vacatio sit de facto insimul, & de jure, ut aiunt, veluti quia contigit morte beneficiarii, tunc ut tempus ad providendum currat Episcopo, non expectabitur ejus actualis, & vera notitia, quia in his terminis ejus ignorantia crassa est, & supina, ac proinde non excusat, juxta ea quæ resolvunt Zerol. *d. verb. juspatronatus*, §.8. *dub.*2. Gom. *in cap.*2. *de constit. in* 6. *n.*54. Nicol. Garc. *d. p.*10. *c.*2. *n.*30. debuit enim scire, quippe quod scire potuit de morte sui beneficiarii, si debitam suæ professioni diligentiam adhiberet, † visitando scilicet bis aut semel saltem 47
singulis annis diœcesim suam, & ita intra quodlibet semestre antequam hoc idem tempus ad conferendum sibi datum labatur, prout eam tenetur sic visitare, juxta text. *in cap. venerab. de cens.* quam rationem post alios considerat Greg. Lop. *d. gloss. verb. sopiesse*, & Manti. *decis.*271. *num.*5. & ex ea prædictam sententiam tenuit in specie Petr. Greg. *ubi proximè*, post Rot. *decis.*6. *in nov.* aliàs 263. *à num.* 1. *de jurep.* & alios quos *ibid.* refert, quorum sententia licèt non leviter juvetur ex dictis, & etiam arg. tex. *in cap. cùm in tua, qui matr. accusar. poss. in vers. alioquin*, tamen ita est accipienda & moderanda, ut dicamus † in dubio quidem contra hujusmodi Episcopum scientiam præsumi, nec ei prædictam ignorantiam, utpote crassam, pro- 48
desse, nisi ipse tot, & tam verosimiles probabilis ignorantiæ causas per arbitrium Judicis, considerata beneficii qualitate, modo vacationis & locorum distantia, ac remotione & fama, regulandas allegaverit, & probaverit, ut benè resolvunt Rot. *d. decis.*6. Mascard. *de probat. concl.*626. *à n.*9. Zerol. *d.* §.8. *dub.*1. *&* 2. & alii citati à Nicol. Garc. *d. c.*2. *n.*31. sentit in effectu Petr. Greg. *ubi proximè*, dum resolvit ignorantiam vacationis non imputari Episcopo, quando vacatio non ita de facto, sed de jure contigerit, cùm hæc potuerint impunè esse incognita Episcopo, quod exemplificari potest in ea, quæ resultat ex Matrimonio beneficiati, juxta terminos text. cum sua materia *in c. de clericis, de clericis conjug.* si illud fuerit clandestinè contractum, vel etiam in ea, quæ inducitur per ademptionem secundi incompatibilis beneficii, juxta terminos text. *in c. de multa, de præbend.* in remotiori alia provincia forsan existentis, & incogniti Episcopo primi beneficii vacantis.

Secundò declara hujusmodi tempus ad convincen- 49
dam eligentium, seu collatorum negligentiam non currere legitimè impeditis, sive fuerit impedimentum

Juris,

Juris, sive facti, ut est text. *in specie in cap quia diversitatem*, & docent Rebuff. *d. tit. de devolut. n.* 13. Covar. *in c. nos quidem, n.* 4. *de testament.* Menoch. *de arbitr. casu* 182. *n.* 59. *&* 60. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 28. *n.* 2. *cum seqq.* Pinel. *in auth. nisi tricennale, n.* 46. *C. de bonis matern.* Petr. Gregor. *d. cap* 9. *n.* 33. *cum seq.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 11. *quæst.* 13. *num.* 4. *cum seqq.* Cabed. *Lusit. dec.* 76. *n.* 6. *part.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 3. *proœm. n.* 38. *cum seqq.* Nicol. Garc. *d. p.* 10. *cap.* 2. *n.* 17. Intellige procedere tantum ubi impeditus negligens non fuerit in removendo eo impedimento, si enim cùm posset illud removere, tamen negligenter omisit, erit in negligentia culpabili quoad juris effectus; ac si nullum impedimentum haberet, juxta reg. *text. in l. qui potest* 134. *de regulis juris*, observant gloss. *verb. suspensionis, in d. cap. quia diversitatem*, Panorm. *in cap. ult. de elect.* Petr. Greg. *d. c.* 9. *n.* 37. & alij, ut per Menoch. *de arbitr. casu* 118. *ad finem*, pluresut per Flamin. *d. q.* 13. *n.* 27. Intellige etiam procedere ubi constiterit impedimentum fuisse causam immediatam omissionis, si enim tale non fuerit, sed mediatam solum causam præbuerit, non excusabit, ut resolvunt Panorm. *in cap. plerumque, n.* 6. *de rescript.* & alii, ut per Flamin. *d. q.* 23. *n.* 30. Demùm intellige, ut procedat etiamsi hujusmodi impedimentum proveniret ex tali culpa, sine qua id non contingeret, dummodo tamen ad illud non fuerit ex se, & natura sua, vel à communiter accidentibus ordinata; adhuc enim taliter impeditus negligens non censebitur quoad effectus Juris, ut probat expressè text. *in d. c. quia diversitatem*, & in specie docent Menoch. Covarr. Gutierr. & Pinel. *suprà citatis locis*, Valasc. *de jure emphyt. q.* 27. *n.* 17. 39. *&* 49. apud quos est vulgata illa conclusio, culpam ad casum non ordinatam non esse considerabilem.

50 *Tertiò* declara, prædictum tempus ad convincendam collatoris negligentiam statutum non posse per superiorem arctari, proindeque non posse Episcopum certam temporis metam præfigere inferiori Ordinario, intra quam debeat conferre ea beneficia ad quorum collationem certum tempus à Jure præfinitum sit, juxta suprà resoluta *n.* 37. *cum seqq.* aliter enim jam ab Episcopo privatur jure suo absque proprio cõsensu, contra reg. *l. quod nostrum, ff. de regulis juris*: unde meritò hanc sententiam in his terminis tenet Rebuff. *d. tit. de devolutionib. num.* 34. & sequitur Azor. *d. cap.* 27. *vers.*
51 *pen.* benè advertentes † oppositum ex justa causa per Episcopum fieri posse respectu beneficiorum, pro quorum collatione non fuerit adhuc certus terminus à lege præfixus; veluti respectu canonicatuum, & præbendarum, quæ cum electo in Canonicum nascuntur, & cum eo defuncto desinunt, in illis scilicet Ecclesiis, ubi non est certus numerus præbendarum, & Canonicorum, juxta text. *in cap. dilecto, vers. præterea, de præbend.* in his enim neque certum tempus ad providendum præfixum est, utpote quia illud solet tantùm præfiniri à Jure quoad beneficia quæ vacant; qualia non sunt hæc, quia nunquam vacare censentur, sed cessare, & evanescere, quando provisus vel moritur, vel aliter fit ab illis alienus, ut constat ex *d. cap. dilecto, vers. præterea*; neque rursus in illis locum habet devolutio potestatis ad superiorem ex negligentia eorum, qui prædictas præbendas, seu Canonicatus possunt denuò creare, & conferre; quia cum nunquam vacare censeantur, ut modò dictum est, non verificantur in illis verba, & intentio Lateranensis Concilii prædictam devolutionem respectu solùm beneficiorum vacantium inducentis, *in d. cap.* 2. cum similibus, *de concess. præbendæ*, ut Bene post Innocent. & Host. resolvit Abb. *in cap. cum Ecclesia, n.* 7. ex mente *gloss.* 1. *ibi, de elect.* quem sequitur Gregor. Lopez *l.* 9. *gloss.* 1. *tit.* 16. *part.* 1. & in specie est text. expressus *in cap. ex parte, de concess. præbendæ*, per quem ita etiam resolvit Rebuff. *in concord. tit. de nominat. Regia*, §. 1. *in gloss. verb. intra sex menses, versic. item quando.* In his igitur terminis, si Episcopus viderit Ecclesiæ servitio expedire, ut aliqui ex prædictis Canonicatibus, & præbendis, qui juxta suprà dicta esse desierunt, iterum novis ministris conferantur, posse Canonicis assignari certum terminum, etiam sex mensibus breviorem, intra quem sic debeant Ecclesiæ de ministris providere, alioquin elapso termino ipse providebit, prout argum. text. *in c. irrefragabili*, §. *excessus, & in c. quanto, & in c. ad reprimendam, de officio Ordin.* resolvunt Host. & alii communiter, ut per Abb. *d. n.* 7. sequuntur Rebuff. & Azor. *proximè citatis locis*, † quod idem ex eadem ratione dicendum videtur 52
respectu illius Prælati qui injustè negligit instituere in quolibet beneficio benè præsentatum, aut confirmare bene electum, quia scilicet constat nullum certum terminum ad instituendum, seu confirmandum à Jure præfiniri, ut post alios resolvunt Rebuff. *d. gloss. intra sex menses, vers. in institutione, & seq. & in d. tit. de devolut. n.* 6. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. beneficium*, §. 3. *& verb. juspatronatus*, §. 8. *dub.* 3. *& p.* 2. *verb. institutio*, Anastas. Germon. *de indultis Cardin.* §. *volumus, à n.* 76. & alii plures quos refert & sequitur Nicol. Garc. *de benefic. p.* 10. *c.* 4.

Quartò, & ultimò declara supradictam regulam de 53
negligentia Prælatorum in conferendis beneficiis per lapsum præfixi temporis convincenda, habere locum in solis Prælatis Romano Pontif. inferioribus, in illo verò minimè; etenim ipsi nullum tempus præfixum est ad conferenda beneficia, quia non habet superiorem, qui possit ejus negligentiam supplere, ut argument. text. *in cap. aliorum* 9. *quæst.* 3. resolvit in specie Rebuff. *dict. tit. de devolut. num.* 5. *& d. gloss. intra sex menses, vers. Papæ verò.* Nec obstat text. *in cap.* 3. *de præbend. in* 6. quia rejecta sententia Rebuffi dictis locis, inadvertenter existimantis hanc ultimam limitari, ne procedat in terminis *dicti cap.* 3. quasi in eo specialiter præfiniatur tempus ad convincendam Summi Pontif. negligentiam in conferendis beneficiis in Curia vacantibus, respondetur tempus; de quo ibi; non esse datum ad convincendam prædictam negligentiam in Summo Pontif. nec itidem ibi agi de ea per Ordinarios, & antiquos collatores supplenda; sed solùm de consulendo favori Ecclesiarum, & Ordinariorum, juxta ea quæ diximus suprà *in versic. quapropter, n.* 44.

REGULA II.

POstquam Collatorum negligentia convicta fuerit 54
per lapsum temporis, de quo in prima regula, statim pro ea primò occurrente collatione amittunt ipso jure potestatem providendi hujusmodi beneficia; ea enim potestate sic privantur à lege Canonica, ut constat ex text. *in d. cap.* 2. cum aliis *ibidem, de supplend. neglig. Prál. & in d. cap.* 2. *de concess. præbendæ*, cum aliis suprà citatis *à n.* 37.

Unde infertur collatores beneficiorum sic negligen- 55
tes, elapso conferendi tempore non posse pro ea primò occurrente collatione beneficia hujusmodi conferre, aliterque factam collationem esse nullam, cùm enim per hujusmodi negligentiam amiserint potestatem conferendi, succedit vulgaris *reg. ea quæ fiunt, de regulis juris lib.* 6. *& in l. factum à judice, ff. eod.* cum iis, quæ circa ejus materiam post scribentes utrobique prosequuntur Vant. *de nullitatib. tit. ex defectu jurisdictionis, à num.* 9. Gravat. *ad Octavian. de stylo Curiæ, lib.* 7. *cap. ult. num.* 40. & ita in specie deducitur ex text. *in c. licet, & in cap. ult. de suppl. negligent. Prælat.* & post gloss. *verb. menses, in dict. cap.* 2. *de concess. præbend.* ubi Abb. *à n.* 11. & omnes *ibidem*, observat Rebuff. *d. tit. de devolution. n.* 27. *cum sequent.* Azor. *d. c.* 27.

quæst. 16. post Host. *in sum. illius tit. de suppl. neglig. Prælat. sub n.* 7.

Amplia hujusmodi corollarium, ut procedat etiamsi hujusmodi collatores intra modicum tempus juris, etiam diei sequentis post lapsum prædicti temporis à lege Canonica ad conferendum præfiniti, velint moram in conferendo purgare, adhuc enim nec conferre poterunt, nec si de facto conferant, collatio valebit, ut omnes proximè citati observant. Accedit communis illa Doctorum traditio, secundum quam ubi dies, & pœnæ simul à lege, vel ab homine ponuntur, non admittitur moræ purgatio, ut generaliter ad hominis, seu legis dispositiones, & ad contractus sive bonæ fidei, sive stricti juris, per text. *in l. trajectitia, §. de illo, ff. de actionib. & obligat. & in l. magnam, Cod. de contrah. & committenda stipul. & in l. 1. vers. nisi, ff. de penu legata, & in l. 2. C. de jure emphyteut.* refert ex aliis Valasc. *de jure emphyt. q. 5. n.* 13. Covarr. *variar. lib* 3. *c.* 27. *n.* 4. *versic. multò minus*, Gutier. *de juram. confirmat. part.* 1. *c.* 56. *à n.* 4. & alii plures, ut per Cened. *ad Decretal. collect.* 144.

57 *n.* 6. Ratio autem † quare hujusmodi moræ purgatio non permittitur collatori negligenti intra debitum tempus beneficia providere, est quia aliter fieret præjudicium tum ipsi legi Canonicæ, quæ de tali collatore pro ea occurrente collatione non bene confidit, tum etiam alteri tertio, in quem elapso prædicto tempore statim ab eadem lege transfertur jus providendi, juxta infra dicenda *in* 3. *regula*. Qua etiam ratione pro-

58 cedit text. † *in cap. licet canon, de elect. lib.* 6. ideò enim in eo moræ purgatio non admittitur, quia aliter fieret considerabile præjudicium tum ipsi Ecclesiæ, si tam periculosa beneficiati negligentia in suscipiendo Sacerdotio non cohiberetur, ut constat ex verbis ejusdem text. tum etiam ipsi collatori, & omnibus, quibus prædictæ Ecclesiæ provisio incumbit, & providendi facultas iterum se offert, supposita privatione. Non obstat *c. litteras, de suppl. neglegent. Prælat.* quia respondetur cum *gloss. ultim.* & scribentibus ibidem, eum text. procedere ex speciali Papæ, & non alterius inferioris dispensatione inducta per ejusdem Summi Pontif. patientiam, de qua ibi, ut bene declarat Panorm. *ibid. n.* 2. immò post *dict. gloss. ultim.* egregiè advertens hanc dispensationem ibi operari validitatem collationis prout ex nunc, non autem prout ex tunc, juxta vulgò notata *in reg. non firmatur, de reg. juris lib.* 6. *& in c.* 1. *de iis quæ fiunt à Prælatis*, & alibi, ut per Barbat. plures referentem *consil.* 7. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 3. & per Titaquellum *in l. si unquam, verb. revertatur, n.* 415. *cum sequenti.*

59 Limita *primò* prædictum corollarium, ut procedat solùm ad effectum ne collator negligens infra præfinitum tempus conferre, juxta resoluta in prima regula, possit jure proprio procedere ad prædictam collationem faciendam, non verò ne id possit jure alieno, videlicet ex commissione ejus, ad quem ex præfata negligentia sibi provisio de beneficio devoluta fuerit, juxta infra dicenda *in* 3. *Regula*: quam limitationem tenent Rebuff. *d. tit. de devolut. n.* 30. & Azor. *d. c.* 27. *q.* 16.

60 Limita *secundò*, ut procedat solùm quando collator ita prædictum legitimum tempus non fecit, quod respectu hujusmodi provisionis spectabat ad ipsum, non verò ubi illud pro viribus fecit; tunc enim si provisio non fuerit effectum sortita, ut quia provisus noluit acceptare, aut post consensum se prædicto jure abdicavit, aut etiam quia provisio ob aliquod occultum vitium irrita fuit, non devolvitur ad alium potestas providendi, immò idemmet poterit iterum providere intra aliud tantum tempus, quod sibi integrum à die prædicti dissensus, renunciationis, aut irritationis reservatur, ac si denuò beneficium vacaret, ut probat text. *in c. si electio, de elect. lib.* 6. per quem post Abb. & Rot. variis in locis ita resolvunt *ibi* Domin. *n.* 2. Anch. *col.* 2. *in princip.* Franch. *sub num.* 4. Tiraquell. *in l. boves, §. hoc sermone, limit.* 1. *n.* 4. *ff. de verb. significat.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 38. Rebuff. *dict. tit. de devolution. n.* 35. Azor. *dict. c.* 27. *q.* 7. Put. *dec.* 200. aliàs 194. *in correctis, lib.* 1. ubi ait † resolutum, beneficium 61
non vacare per mortem præsentati, qui non fuit institutus, sed per mortem primi, & potuisse patronos de novo præsentare, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 45. §. 3. *n.* 6. Roch. *de jurepatronat. verb. honorificum, q.* 37. ubi loquitur in patrono qui bona fide præsentavit coram non habente jus instituendi, & dum interim tempus datum ad præsentandum laberetur, & postea intelligeret jus instituendi spectare ad alium, coram illo volebat præsentare, & tandem cum Lap. *allegat.* 95. affirmativè respondet juxta hujus limitationis resolutionem, quod etiam tradit Garc. *d. part.* 10. *cap.* 3. *n.* 7. Quæ quidem secunda limitatio adeò vera est, ut hujusmodi collator, seu elector possit in ejus terminis iterare collationem, seu electionem, non semel, sed etiam pluries, donec tandem collatio, seu electio effectum sortiatur, ut post gloss. *verb. aliam, in d. c. si electio*, & Ordinarios ibi, resolvunt Molin. *d. num.* 38. Azor. *d. c.* 27. *q.* 6. Et procedit etiam in patrono absque effectu, inculpabiliter tamen præsentante, ut docent Franch. *n.* 4. *in fine*, Domin. *num.* 6. & Anchar *col.* 2. *in princip. in d. c. si electio.* 64

Sublimita tamen, ne procedat ubi collator, seu 62
elector se gesserit fraudulenter in prædicta collatione, quæ effectum sortita non est; tunc etenim non poterit ea iterari, immò potestas conferendi, seu eligendi devolvetur ad eum ad quem alioquin in casu omnimodæ negligentiæ devolvenda est, juxta infra dicenda *in* 3. *regula*, ut constat ex *d. c. si electio*, ubi omnes notant, & post eos Azor. *ubi proximè*, qui unà cum illis post gloss. *verb. fraudulenter*, optima ratione hanc fraudem exemplificat in eo collatore, seu in iis electoribus, qui ultima die termini sibi juxta supra positam primam regulam ad providendum præfixi inter se conveniunt, ut eligant eum quem discessurum noverant, ut ita novus terminus sibi daretur, ac si beneficium denuò vacaret. Deinde sublimita, ut procedat solùm in 65
iis collatoribus, quibus jure proprio competit conferre, seu eligere; non verò in iis, quibus id munus conceditur solùm jure devolutionis, unde si v.g. Archiepiscopus ad quem hæc potestas ex negligentia inferioris collatoris delata fuerit, conferat, vel eligat, collatio tamen seu electio absque culpa etiam sua effectum non habuerit, juxta terminos text. *in dict. c. electio*, non poterit iterum conferre, nec eligere, sed potius hæc facultas pertinebit ad eos, qui negligentes extiterint. Ratio est, quia horum negligentia non privat eos jure suo pro tota illa vacatione, non solùm pro prima collatione, seu electione, quæ primò occurrerit, etiàsi effectum non habuerit, nec per eam cessaverit eadem vacatio, cujus respectu ipsi fuerant negligentes, ut per argumentum à fortiori deducitur ex text. *in cap. cùm Vvintoniensis, de elect.* juncto communi intellectu, ut per Abb. *ibi, à num.* 11. Cùm igitur occurrente prima collatione etiam inutili cesset prædicta privationis pœna, & per consequens jus devolutionis ex ea dimanans, consequitur posse prædictos negligentes reassumpto proprio jure in prædictis terminis conferre, non autem superiores, ad quos illud fuerat devolutum: quam sententiam tenuit Abb. *ubi proximè, n.* 12. & ante eum tenuerat Host. & alii, ut per gloss. *verb. integrum, in dict. c. si electio*, quam ex prædicto fundamento sequuntur Domin. *in illo textu, sub n.* 6. ubi Anchar. *col.* 1. *post med.* Tiraq. *d. limit.* 1. *n.* 49. Azor. *d. cap.* 27. *quæs.* 7. *& quæs.* 14.

Limita *tertiò*, ne procedat quoad effectum unien- 63
di beneficium: hanc enim ipsius unionem Episcopus in conferendo negligens facere adhuc poterit 66

cum

cum ſolemnitatibus alioquin ad Eccleſiarum uniones neceſſariis, juxta ea, quæ poſt ordinarios *in cap. ſicut unire, de exceſſib. Prælat.* ubi Panorm. *num.2.* proſequuntur Rebuff. *in praxi, ſub tit. de unionibus beneficiorum, n.38. cum ſequentib.* Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.6. cap.28. quæſ.4. 12. & 13. cum ſeq.* Ratio hujus limitationis eſt, quia jus uniendi longè diverſum eſt à jure conferendi, hoc enim ad titulum beneficij, illud verò ad ejus proprietatem ſpectat, ut conſtat ex traditis per Doctores proximè citatos, unde licet negligentia in non conferendo operetur pro prima collatione amiſſionem Juris ad conferendum Epiſcopo competentis, quia ſic in Jure expreſſum eſt, tamen à ceſſante hujuſmodi ratione id operari non debet reſpectu juris uniendi, argum. eorum quæ habentur *in l. ſi ſervitus, ff. de ſervit. urban. præd. & in cap. paſtoralis, de privileg.* ubi conſtat quod uno jure ſublato, remanet aliud, quod ab illo ſeparatum eſt, atque ita prædictam limitationem tenent Panorm. *ubi proximè, n.6.* Imol. *in cap.1. num.18. ne ſede vacante*, & poſt Federic. de Senis *conſ. 111. col.3.* Rebuff. *d. tit. de unionib. n.31.* Azor. *d. cap.28. queſ.15.* Rot. *deciſ. 186. n.2. part.2. recentior.*

REGULA III.

64 CAnonicis diſpoſitionibus inductum eſt, ut poteſtas providendi beneficia Eccleſiaſtica ex negligentia Prælatorum, quibus hoc munus incumbit, devolvatur regulariter de inferiore ad proximum Superiorem, donec perveniat ad Papam: ita tradunt Doctores *in cap. poſtulaſtis*, per text. *ibi, de conceſſ. præbendæ.* Panormit. *in cap.2. n.7. de conceſſ. præbendæ.* Rebuff. *dict. tit. de devolutionib. n. 7.* Petr. Gregor. *ſyntagm. Iuris part.2. lib.7. cap.9. n.38.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib.6. cap.27. in princip. & q.2.* Nicol. Garc. *de benefic. part.10. c.3. in princ.* Mantic. *deciſ.260. n.2.* Rot. *in Vercell. capellæ, 28. Junij 1606.* coram Cardin. Marquemont, impreſſa per Farinac. *deciſ. 186. part.2. recent.* & hujus regulæ materiam per ſequentes caſus diſtinctè explicare conabor.

65 *Primus* igitur caſus, ut ab inferioribus incipiamus, ille eſt, quando patronus neglexerit ad beneficium Eccleſiaſticum præſentare intra tempus ſibi præſtitutum, juxta ſupradicta *num.40.* in hoc etenim caſu jus conferendi ad inſtituentem tanquam ad proximum hujus negotij ſuperiorem devolvetur, juxta text. *in cap.3. & in cap. cùm propter, & in cap. eam te, de jurepatron.* notant Cardinal. *in Clement. unica, n.5. & 9. cum ſequentib. de ſuppl. negligent. Prælat.* Panormitan. & alij communiter *in dict. cap.2. de conceſſ. præbendæ*, idem Panormitan. *in cap.1. num.10. de election.* Gregor. Lopez *l.9. gloſſ.1. tit.16. part.1.* Rebuff. *d. tit. de devolut. n.54.* Roch. *de jurepatron. verb. honorificum, q.33.* Petr. Gregor. *dict. n.38.* Azor. *dict. cap.27. quæſit.5.* obſervantes hoc idem reſolvendum eſſe, quamvis inſtituens fuerit Epiſcopo inferior, & cui ex aliquo ſpeciali titulo, veluti præſcriptionis, aut ſimili, ſpectaverit inſtituendi poteſtas; adhuc enim ad eundem jus conferendi in prædictis terminis devolvetur, idque adeò ut Epiſcopus illud nullatenus prætendere poſſit: quæ communis ampliatio probatur efficaci ratione deſumpta ex eo, quia ſine culpa ſua nemo debet alterius odio abſque cauſa per legem approbata gravari, ex reg. *non debet ſine culpa, de reg. juris in 6. & in l. factum 197. ff. eodem*, cum concordantiis; atqui taliter gravaretur Prælatus Epiſcopo inferior, ſi jure inſtituendi legitimè competente privaretur, ſic eodem ad Epiſcopum delato propter negligentiam patroni. Igitur, &c.

66 Quæ quidem ampliatio adeò vera eſt, ut procedat etiam in patronis Regularibus, adhuc enim his negligentibus collatio juxta ſupradicta devolvetur ad inſtituentem, etiamſi non ſit Epiſcopus, ſed alius ipſo inferior, ut bene reſolvit gloſſ. *verb. diſpoſitionem, in dict. Clement. unica*, quam expreſsè ſequuntur ibi Imol. *num.33.* Cardinal. *num.5.* & Rebuff. *dict. tit. de devolution. n.26.* & eſt de mente omnium, quos modò citavimus. Non obſtat quod negligentia Prælatorum Regularium circa beneficia ad eorum diſpoſitionem pertinentia ſuppleri debet per Epiſcopum, juxta text. *in dict. Clement. unica*, quia reſpondetur illius deciſionem procedere in beneficiis pertinentibus ad ſolam Prælatorum Regularium præſentationem, quippe quod per eam perfectè non diſponitur de beneficio, prout ille text. requirit, ſed tantùm paratur via ad diſponendum, nec per eam datur jus in beneficio, ſed tantùm jus petendi ſe admitti ad beneficium, juxta notata *in c. cùm Bertoldus, de re jud.* quorum argumento ſic in ſpecie reſpondent, *& dict. Clement. unicam* intelligunt, & juxta ejus mentem, juncta qualitate materiæ reſtringunt Card. & Imola *ubi proximè*, apud quos, maximè apud Cardin. *d. loco, n. 2.* vide quando verba, *diſpoſitio beneficiorum*, extra terminos text *in d. Clem. unica*, porrigantur etiam ad præſentationem, & electionem, ad intelligentiam text. *in cap.2. in princip. & in cap. cùm in illis, §. cùm autem, de præbend. lib.6.* ubi omnes notant, *& in Clement.1. poſt gloſſ. ibi, verb. quamvis, eod. tit.* poſt alios Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.3. q.6. n.90.*

Facta ſic prædicta ad inſtituentem devolutione ex 67
negligentia patroni non præſentantis, inſtituenti ad conferendum ſex menſes à die devolutionis, & notitiæ ad hoc munus reſervantur, etiamſi patronus eſſet laicus, cui ſoli quatuor menſes ad præſentandum competerent, juxta text. *in capite 1. de jurepatronat. lib.6.* cùm enim hujuſmodi devolutio in effectu nihil aliud operetur, quàm remotionem illius ſervitutis, quam veluti habebat inſtitués, eaque ſublata ipſe utatur non nova, & aliena, ſcilicet patroni, ſed antiqua & ſua poteſtate, conſequitur quod prout ſi Eccleſia non eſſet patronata ſex menſes ad conferendum haberet, juxta *cap.2. de conceſſ. præbendæ*, cum aliis Juribus ſupra adductis, pariter eoſdem habebit in prædictis terminis: quare ita docent Roch. *ubi ſupra, n.63.* & poſt Lambert. & alios Azor. *d. cap. 27. quæſ.11.* Hæc de prædicto primo caſu, ad quem etiam ſpectat negligentia eorum quibus incumbit de beneficiis providere etiam per electionem; hæc enim ſupplebitur per confirmantem, quippe quod ad eum illa interveniente devolvitur jus eligendi eodem prorſus modo, & ratione, quibus devolvitur propter negligentiam in præſentando, ut docet gloſſ. *d. verb. diſpoſitionem*, quam plurimùm in hoc commendat Panorm. *dict. cap.1. n.10. de elect.* quem ſequitur Rebuff. *d. tit. de devolution. num.18.*

Secundus caſus eſt, in quo Prælatus Epiſcopo in- 68
ferior, ratione v. g. juriſdictionis quaſi Epiſcopalis ſibi legitimè alioquin acquiſitæ habuerit jus conferendi beneficia Eccleſiaſtica, etenim eo negligente, conferendi poteſtas devolvetur ad Epiſcopum tanquam ad proximum ſuperiorem, ita probant text. *in d. c.2.* ibi, *Epiſcopus, de conceſſ. præbend. & in Clem. unica, de ſuppl. neglig. Prælat.* & notant Rebuff. *d. tit. de devolut. n.25.* Petr. Gregor. *d. num.38. in fine*, Azor. *d. c.27. quæſ.4.*

Amplia primò, ut præfata ſecundi caſus reſolu- 69
tio procedat etiam in collatoribus Regularibus, horum etenim poteſtas ex negligentia in conferendis beneficiis ad Epiſcopum devolvetur, ut ipſe poſſit conferre tanquam Ordinarius, ſi illi exempti non fuerint: at verò tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, ſi exempti ſint, & Romano Pontif. immediatè ſubjecti, ut conſtat ex text. *in dict. Clem. unica*, ubi notant omnes, Rebuff. *ubi proximè, num. 27. & 39.* Petr. Gregor. *dict. cap. 9. n. 38.* Zerol. *in praxi Epiſcop.*

p.1.verb.beneficia,verſic. ad tertium, Azor. *dict. c. 27. q.4.* optimè id intelligentes de Epiſcopo illius loci in quo ſita fuerint beneficia, etiamſi collatores in alia diœceſi morentur; quod etiam ultra gloſſ. *verb. locorum, in dict. Clement. unic.* tradunt Cald. Pereira *de empt. cap.14.num.14.* & Nicol.Garc. *de benefic. part.5. cap.3. num.28.* Quam tamen ampliationem declara,ut procedat ſolùm in iis Prælatis Regularibus, qui immediatè ſubſunt Romano Pontifici, non verò in iis, qui licet exempti à juriſdictione Epiſcopi, tamen non ſubſunt immediatè Romano Pontif. ſed alij Prælato, juxta terminos text. *in Clement.1. de reſcriptis*, horum etenim poteſtas ex prædicta negligentia devolvetur ad hujuſmodi Prælatum, non verò ad Epiſcopum, etiam tanquam delegatum Sedis Apoſtol. ſicque in eis locum non habebit diciſio text. *in d. Clem. unica, de ſuppl. neglig. Prælat.* quippe quod extra terminos cum tanta prædicti Prælati injuria, & præjudicio trahenda non eſt, ſed potius inducenda ordinaria devolutio, quæ ſcilicet gradatim fit ad proximum ſuperiorem, quo argumento ultra alia jura in idem expenſa hanc ſententiam poſt gloſ. *verb. Prælati,in d.Clement. unica*, tenent *ibi* Cardin. *n.6.*& Imol. *num.31.& 32.* Deinde declara ſupradict. ampliat.ut pro ea parte qua prædictam conferendi poteſtatem devolvit ad Epiſcopum tanquam Sedis Apoſt. delegatum, ex nova deciſione text. *in d.Clem. unica*, procedat ſolùm reſpectu beneficiorum,& Eccleſiarum quæ prædictis Regularibus Prælatis fuerint ſubjectæ pleno jure, id eſt non ſolùm in temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus; harum itaque Eccleſiarum reſpectu locum abſolutè habet prædicta ampliatio, ad eamque neceſſaria fuit deciſio nova prædictæ *Clem.unica*; nam cùm præfata regularium, & monaſteriorum exemptio, & immediata ſubjectio ſimpliciter data porrigeretur ad hujuſmodi Eccleſias, quantumvis populum habentes, *ex reg. in toto, de reg. Juris lib.6.* & ex ratione text. *in cap. cùm non liceat, de præſcript.* inde reſultabat, ut Epiſcopus prout non poterat in eos, ita nec in eas ſuam juriſdictionem exercere, & per conſequens nec negligentiam in eis conferendis ſupplere,juxta text. ſic in prædictis terminis intelligendum *in cap. 2. verſ. niſi, de ſuppl. negl. Prælat.* & ita neceſſaria fuit commiſſio & poteſtas Sedis Apoſtol. Epiſcopo noviter data *in dict. Clement.unica.*

70 Utrùm autem devolutio, quæ in caſu negligentiæ fieri debet ad Epiſcopum, juxta ſuprà reſoluta in hoc ſecundo caſu,fiat Sede vacante ad Capitulum,quæſtio eſt difficilis, in qua affirmativam partem tuetur Joan. Andr. *in cap. quamquam, de elect.lib.6.* quam ſequuntur Panorm. *c.2. num.3. ne Sede vacante*,& Petr.Gregor. *dict. c.9. num.43.* Contra quos meliùs oppoſitum tenent idem Panorm. ſibi contrarius *in c.cùm olim,ſub num.2. col.2. in med.de majorit. & obed.* Joan.Monach. *in dict. c. quamquam, num.6.* quem ſequitur Prob. *ad eundem ibi*, Rebuff. *d. tit. de devolut. num.93.* Azor. *dict.c.17.n.93.* Quorum ſententia probatur ex eo,quia devolutio in iis etiam caſibus in quibus à jure expreſsè decernitur, non debet fieri niſi ad eum ſolum Prælatum, qui ab eodem jure fuerit expreſſus, juxta ſupra reſoluta *n.* 18. conſtat autem nullibi in jure Canonico expreſſum eſſe, ut devolutio, quæ de Prælatis Epiſcopo inferioribus ex eorum negligentia facienda eſt, fiat ad Capitulum: nam text. *in c.2. in fine, de conceſſ. præb.* loquitur ſolùm in devolutione collationis jure proprio competente Epiſcopo negligenti: igitur, &c. Deinde eadem ſententia probatur ex text. *in dict. cap.2. ne Sede vacante*, ubi regula negativa ponitur adverſus Capitulum, ut videlicet illud non ſuccedat in collatione competente ipſi Epiſcopo,dum aliud in jure cautum non invenitur; atqui beneficia taliter ad Epiſcopum devoluta dici verè poſſunt pertinere ad collationem ipſi competentem: rurſus & in jure non invenitur cautum, ut in ea Capitulum ſuccedat, immò oppoſitum ſatis expreſsè deducitur ex generalitate verborum, de quibus in proximè citato *cap.2.* igitur, &c. Non obſtat quod hæc devolutio pertineat ad Epiſcopum ratione juriſdictionis Epiſcopalis, ac proinde in ea debeat ſuccedere Capitulum Sede vacante, ex reg. text. *in cap. pen. de ſuppl.neglig. Prælat. lib.6.* quia reſpondetur, quod licèt devolutio de qua agimus, pertineat ad Epiſcopum ratione juriſdictionis Epiſcopalis, id tamen non tollit quominus verum ſit hujuſmodi juriſdictionem verſari in his terminis circa beneficiorum collationem,& propterea illam in eis exerceri ex capite negligentiæ commiſſæ per primos collatores: quæ cum ita ſint, neceſſe eſt fateri illam juriſdictionem non devolvi niſi ad eum tantùm Prælatum, qui ad hunc effectum in jure fuerit expreſſus, juxta reſoluta, proindeque ad Capitulùm, utpote in jure non expreſſum, minimè devolvi.

Propter negligentiam Capituli Cathedralis Eccleſiæ 71
in conferendis beneficiis, quæ ad ſuam collationem ſeparatim ab Epiſcopo pertinent, ad Epiſcopum tanquam ad immediatum ſuperiorem fit devolutio, juxta text. *in dict. c.1. de conceſſ. præbend.* ubi Panorm. *n.* 6. & omnes alij, reſolvit eleganter gloſſa *verb. Capitulum, in c. irrefragabili, de officio Ordin.* expreſſit *l.9. tit.16. part.* 1. ubi Greg. Lopez, Rebuff. *dict. tit. de devolut.n.21.*Petr.Gregor.*dict.c.9.n.40.*Azor.*dict.c.27. q.2.* Quod ampliabis † ut procedat etiamſi Epiſcopus 72
eorum collationi intereſſe debuerit ut Canonicus, etenim adhuc in his terminis, niſi eam doloſè impedierit, & ita ipſum Capitulum in negligentiam induxerit, utetur jure devoluto, ut conſtat ex *cap.poſtulaſtis,de conceſſ.præbend.verſ.niſi fortè*,ubi omnes obſervant, & poſt alios Rot. *deciſ.1.in novis,de ſuppl. negl. Prælatorum*, aliàs 313. exponit eleganter *dict. l. 9. tit.16.p.1.*Ratio eſt, quia licèt Epiſcopus qualitercumque eidem collationi debuerit intereſſe, ſit naturaliter una & eadem perſona,ita ut ipſi pariter ac aliis de Capitulo poſſit illa negligentia naturaliter imputari;quia tamen actus, qui à communitate ſub ratione univerſi geruntur, non tribuuntur civiliter ſingulis, ſed ſoli communitati, ex text. *l.1.§.ſi autem,ff.ad Trebell.& in cap.Epiſcopus, verſic. qui manumittitur,12.q.2.* & traditis per Archid. *in cap tantis,81.diſtinct.*& per Felin. *num.2. in cap. omnipotens, de accuſat.* ideo prædicta negligentia ſingulis de Capitulo, & ita Epiſcopo ut Canonico tribui non poteſt, & per conſequens nec imputari quominus ad eundem ut Epiſcopum fiat hujuſmodi devolutio. Ampliabis etiam prædictam reſolutionem, † ut procedat non ſolùm quando negli- 73
gentia contingit in ipſomet Capitulo, ſed etiam in compromiſſario per illud electo ad conferendum; hæc etenim negligentia adeo imputatur Capitulo, ut ob eam ipſius poteſtas devolvatur ad Epiſcopum,ut bene voluit gloſſ. *verb.Epiſcopo, in cap. ſi compromiſſarius, de elect.lib.6.* quam ſequuntur Dom. *ibid.ſub num.6.* & Franc.*ſub n.2.*

Ubi autem beneficiorum collatio ad Epiſcopum & 74
Capitulum communiter ſpectaverit, tunc devolutio ex capite negligentiæ non fiet ad Epiſcopum, ſed potius ad Archiepiſcopum tanquam ad proximum ſuperiorem, *d. c. poſtulaſtis, d. l.9. partitur.* Ratio eſt,quia in his terminis Epiſcopus & Capitulum cenſentur civiliter unum corpus, quaſi Epiſcopus caput ſit, Canonici verò membra, juxta text. *in cap.novit, de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Cap.*proinde negligentia integro corpori imputari, & ab eo tota poteſtas devolvi debet ad Archiepiſcopum,utpote reſpectu totius prædicti corporis immediatum ſuperiorem.Non obſtat text. *in cap.unico, verſ. idem, ne ſede vac.lib.6.* quia reſpondetur eum text. non loqui, nec procedere in caſu negligentiæ, de qua loquitur, ſed ſolùm loqui

loqui in casu impotentiæ resultantis ex suspensione, vel excommunicatione, ut ille text. habet, unde cum in eo contra id, quod antea ratione præjudicii ex tali devolutione Capitulo insurgentis dictabat reg. text. *in l. id quod nostrum, ff. de regulis juris*, juncto text. *in l. coheredibus, C. familiæ hercisc.* noviter inductum fuerit, ut Capitulo suspenso à prædicta beneficiorum collatione ad se communiter & ad Episcopum pertinente, vel omnibus de ipso Capitulo singulariter excommunicatis, ad eundem Episcopum, utpote non culpabilem, conferendi potestas devolvatur, tamen non potest inde inferri ad casum negligentiæ Capitulo insimul, & Episcopo contingentis, tum quia id expressum non reperitur, juxta supra resoluta *à num.*... tum etiam quia stante ea negligentia, idemmet Episcopus culpabilis est, & proinde indignus prædicto jure devolutionis, ex quibus ita resolvunt gl. *verb. Capitulum, in d. c. irrefragabili*, Abb. *in d. c. 2. n. 6.* Greg. Lop. *d. l. 9.* ita ut demirer viros alioquin doctissimos, Rebuffum, Petr. Greg. & Azorium *proximè citatis locis*, inadvertenter expressisse, Capitulo negligente, ad Episcopum collationem devolvi, non solùm quando ipsa divisim, sed etiam quando conjunctim pertinet ad utrumque, contra expressum text. *in d. c. postulastis*, & alia modò à nobis resoluta.

75 *Tertius* casus ex prædicta tertia regula resultans est de Episcopo negligente intra debitum tempus conferre beneficia ad suam collationem separatim à Capitulo spectantia: tunc etenim collatio devolvitur ad ipsum Capitulum, juxta text. *in d. c. 2. de concess. præbend.* ubi notant omnes, tradunt Rebuff. Greg. Lop. & Azor. *ubi*
76 *proximè*, Nicol. Garc. *d. p. 10. c. 3. n. 33.* ex quà resolutione obiter notabis, in hoc casu † fieri devolutionem à Superiore ad inferiorem, quia scilicet sic expressum reperitur, prout etiam reperitur in aliis casibus, de quibus *in c. ult. vers. quod si, 65. dist. & in c. 2. vers. si verò, 89. dist. & in c. cum simus, 9. q. 3.* observant Panorm. *in d. c. 2. n. 6. de concess. præb.* nec id mirum, cùm oppositum præcisè non concludatur ex rei natura, sed totum à priori pendeat ex juris dispositione juxta suprà resoluta *n. 16.*

77 Limita *primò* hunc tertium casum, ut non procedat ubi collatio pertinuerit ad Episcopum insimul, & ad Capitulum, tunc etenim devolutio non fiet ad ipsum Capitulum, sed potiùs ad proximum superiorem, nempe Archiepiscopum, juxta text. *in d. c. postulastis*, & quæ supra resolvimus, unde bene Nic. Garc. *d. part. 10. c. 3. n. 35.* observat, quod quando jus conferendi spectat simul ad Episcopum & Capitulum, qui inter se provisionem diviserunt per turnos, si Capitulum in suo turno non confert infrà tempus à Jure statutum, aut confert indigno, non fit devolutio ad Episcopum, qui est par collator cum Capitulo, sed ad Superiorem, quia divisio non tollit, aut mutat jus devolutionis, quæ est ad proximum Superiorem, & non ad eundem inferiorem, qualis est in hoc casu Episcopus; additque ipse Garcia idem esse, quando per Canonicum, cui in turno Capituli, ex commissione, seu ordine ipsius, provisio competit, non provideretur infra tempus.

78 Limita *secundò*, ut procedat solùm quoad beneficia spectantia ad collationem Episcopi proprio jure, non verò ubi ad eundem pertinuerint jure speciali, vel devoluto; tunc etenim hæc collatio negligente Episcopo non devolvetur ad Capitulum, sed ad Superiorem, ut docent Abb. *in d. c. 2. n. 6. & 8. de concess. præb.* Felin. *in d. c. irrefragabili, n. 3.* Franc. *in c. unic. §. cùm verò, n. 3. & 4. ne Sede vac. lib. 6.* Rebuff. *d. tit. de devolut. à n. 21.* Cassad. *dec. 8. de præb.* Anastas. Germon. *de indultis Card. §. volumus, n. 56.* Azor. *dict. cap. 27. q. 2.* Nicol. Garc. *d. c. 3. n. 34.*

79 Limita *tertiò*, ut non procedat ubi Episcopus fuerit exemptus, & Romano Pontif. immediatè subjectus, tunc enim illo negligente potestas ad solum Romanum Pontif. non autem ad Capitulum devolvetur, ut resolvunt Panorm. *in dict. cap. 2. num. 7. & 8.* Rebuff. *dict. tit. de devolut. n. 36. & in concordatis, tit. de coll. §. si quis verò, in gloss. verb. ad alium, vers. in exemptis*, Rot. apud Nicol. Garc. *d. p. 10. c. 3. n. 3.* & satis constat ex text. *in c. licèt, de suppl. negl. Prælat.* si intelligas ibidem agi de beneficio, cujus collatio negligenti Archiepiscopo competebat, vel jure proprio, vel jure devoluto, ob negligentiam scilicet sui Capituli, cui alioquin eadem collatio specialiter competeret, ut satis constat ex eodem text. ibi, *quo vel ad Archiepiscopum, vel ad Capitulum donatio pertinebat*: & nihilominus in eo text. deciditur, quod licèt collatio beneficii Archiepiscopo competeret jure proprio, & proinde ob ejus negligentiam esset juxta prædictum tertium casum ad Capitulum regulariter devolvenda, tamen quia Archiepiscopus Romano Pontif. erat immediatè subjectus, neque alium Superiorem habebat, hæc devolutio non fiet, nisi ad eundem Romanum Pontificem.

Extra terminos igitur præcedentium trium limitationum liberè procedit resolutio supradicti tertii casus. Cæterùm si collatio, quæ juxta supra resoluta ex negligentia Episcopi ad Capitulum devolvitur, adhuc per hujus negligentiam non fiat, tunc iterum devolvetur ad proximum Superiorem, nempe ad Archiepiscopum, juxta text. *in c. 2. de concess. præbend.* & tunc eodem Archiepiscopo adhuc negligente fiet illa ad Patriarcham, cui idemmet subsit, juxta tex. *in cap. duo, in fine, vers. nisi causa, de offic. Ordin.* & quæ ibi communiter notantur, atque ita gradatim ad Summum Pontif. sic enim concluditur ex illo ordine, de inferiori scilicet Prælato ad superiorem, à lege Canonica ad hujusmodi devolutionem præscripto, ex text. *in Clement. si de beneficio, in fine, de præbend.* juncta gloss. *ibidem, verb. succedentium*, & ita in specie hanc devolutionem gradatim sic faciendam observant Doctores *in dict. cap. 2. de concess. præbendæ*, maximè Panorm. *num. 7.* Sylvest. *in sum. verb. beneficium 2. num. 6.* Azor. *dict. c. 27. quæst. 11.* & alii citati per Nic. Garc. *dict. part. 10. cap. 3. num. 41.* Quamvis oppositum, immò quod licèt ea usque ad Archiepiscopum gradatim fiat, tamen ab eo non ad Patriarcham, sed semper ad Summum Pontificem immediatè facienda sit, tenuerint absque ratione, & text. id probante Reb. *d. tit. de devol. n. 23. in fine, & n. 24.* sequutus Imol. *in d. Clem. si de beneficio, q. 2.* & Petr. Greg. *d. c. 9. sub n. 38.* quorum sententia solùm procedere poterit in Archiepiscopo exempto, & Romano Pont. immediatè subjecto, juxta tex. *in d. c. licèt, de suppl. neglig. Prælat.* aliter enim ex eodemmet tex. *ibi, cum pro eo*, &c. contra eos constat, sèmota exemptione devolvendam fuisse potestatem ad alium ipsi Archiepiscopo Superiorem, & ita ad Patriarcham, quippe quod is solùm juxta ordinarium, & rectum ordinem est Archiepiscopo Superior, juxta tex. *in c. 1. vers. reliquæ, 99. dist. & in c. antiqua, de privil.*

80

Quamvis, ut suprà dictum est, devolutio gradatim ad Romanum Pont. sit facienda, tamen non per hoc ligantur interim manus ejus, quominus possit procedere ad collationem hujusmodi beneficiorum inferioribus collatoribus competentium; ea enim si ordinariis legibus, & Juri eorum ordinario deferre noluerit, poterit ex vi majoris potestatis sibi semper reservatæ conferre, quin prædictum devolutionis ordinem expectare teneatur, ex reg. tex. *in c. ita dominus, 19. dist. & in c. cuncta per mundum, & in c. aliorum, 5. q. 3. & in c. omnes, 22. dist. & in c. 2. in princ. & in c. dudum, & in c. si à Sede, de præb. lib. 6. & in c. quia diversitatem, vers. nisi, de concess. præb.* cum his quæ circa potestatem Papæ in beneficialibus scribit latè Spec. *tit. de legatis, §. nunc ostendendum*, Navar. *in cap. non liceat Papæ, §. 3. ma-*

81

ximè

*ximè,n.*4.12.*q.*2. post alios Pinel.*in rub.de rescind.vendit.p.*1.*c.*2.*n.*29.*cum seqq.* Sarmient.*select.lib.*1.*c.*8.*n.*15. Unde meritò hanc nostram resolutionem observant in materia prædictæ devolutionis Rebuff.*d.tit.de devolut. n.*46.*cum seqq.* Petr.Greg.*d.c.*9.*n.*23. optimè resolven-
82 tes † Sum.Pontif. in beneficiis inferiorum conferendis uti posse non solùm jure devolutionis, sed etiam jure præventionis, juxta text. *in d. c. dudum*, vel jure concursus,juxta *d.c.quia diversitatem, vers.nisi,& c.si eo tempore,de elect.lib.*6.

83 Circa prædictam devolutionem ex negligentia dimanantem notandum est *primò* illam fieri cum onere, & qualitatibus requisitis in prima provisione : quod probatur tum ex generali reg. quæ habet rem transire cum sua causa, ex *l.alienatio,ff. de contrah. empt. & ex l.traditio, ff. de acquir. rerum dominio*, & subrogatum assumere naturam ejus,in cujus locum subrogatur, ex *l.si eum, §.qui injuriarum, ff.si quis caution.§.fuerat, Instit. de actionib.* tum etiam ex text. in specie *in Clem. unic. de suppl. negl. Prælatorum*, unde meritò hanc declarationem tenent Doctores *in d.Clem. unica*,& maximè Anch. *ibidem, n.*6. Felin. *in c.cùm accessissent,col.*2. *de constit.* quem sequitur Gregor. Lopez *l.* 9. *gloss.* 1. *tit.*16.*p.*1. Roch. *de jurepatr.verb.honorificum,q.*3.*sub n.*63.Rebuff. *d.tit.de devolut. num.* 40. *cum seqq.* Azeved. *l.*5.*num.*2.*tit.*6. *lib.*1.*noværecopil.* Petr.Greg. *dict. cap.*9.*num.*23.Gutier.*cons.*1.*num.*31.Azor. *dict. cap.*27. *quæs.*8.Cabed. *Lusitan.decis.*42. *num.*4.*& decis.*98. *numer.*9. *part.* 2. *& de patronat. Regiæ Coronæ, cap.*28. *numer.* 3. *&* 4. Perez de Lara *de anniverf. & capellan. lib.*2. *cap.*10. *num.*27. Nicol.Garc. *d. part.*10. *capite* 3. *num.*42.

84 *Secundò* notandum est, devolutionem prædictam procedere, dummodo is ad quem ea facienda erat, non procuraverit dolosè negligentiam collatoris, aliter enim ad hujusmodi dolosum non devolvetur potestas conferendi,ut constat ex text. *cap. postulastis, in fine,de concess.præb.* ubi omnes notant, maximè Panorm. *n.*6. *&* 7. subinde meritò inferens, quod si aliquis dolosè procuraverit alterius delictum, ubi ex lege, vel statuto alioquin applicata sunt ipsi bona committentis hujusmodi delictum, non habebit in hoc casu prædicta bona, quod etiam tenuit Roman. *cons.* 263. Sicul. *cons.*28.prosequitur latiùs exemplificans etiam in adulterio uxoris procurato per maritum, & in delictis Palat. *in repet.rub.de donat. inter virum & uxorem,* §.70. *n.*21.*cum seqq.* Utrùm autem stante prædicto dolo collator in præfatam negligentiam incidens amittat pro ea collatione potestatem conferendi, ita ut ea neque ad alium Superiorem, excluso prædicto devolvatur, controvertit *glos. ult. in d. c. postulastis*, hinc inde varia jura adducens, sed placet distinctio Joan. Andr. *ibi, juncta declaratione* Panorm. *ibidem,n.*15. quem vidisse sat erit.

85 *Tertiò* notandum est, ut tunc demùm, & non aliter jus conferendi per devolutionem tribuatur, quando ipsa jam facta fuerit, post amissam scilicet collatoris potestatem per lapsum temporis, & per negligentiam ipsius legitimè convictam : cæterùm si ante hujusmodi devolutionem Superior jure devoluto conferat, collatio nulla erit, quantumvis postea devolutio contingat, nec per ejus supervenientiam convalescit, nisi denuo fiat,ut per text. *in c.ex parte,vers.nos igitur, de conces.præbend.*resolvunt Felin.*in c.cùm ex officio,n.*37. *de præscript.* Rebuff.*dict.tit.de devolut. n.*32. Petr.Gregor. *dict.cap.*9.*num.*23.Azor.*dict.cap.*27.*quæs.*6.Nicol. Garc.*dict.part.*10.*cap.*3.*num.*31. estque adeò vera, ut procedat etiamsi is, qui jure devoluto à se putato contulit, haberet potestatem ad conferendum jure ordinario, quod enim potuit noluit, quod voluit adimplere nequivit, *cap. cùm super, de officio deleg. l.multùm interest,vers.si verò, C. si quis alteri vel sibi,* & ita resolvit Rebuff. *ubi proximè, n.*52. ubi *n.*53. inde infert ad casum notabilem. † Non obstat quod si Ordinarius 86
jure ordinario beneficium jurispatronatus contulerit spreto patrono infra tempus datum ad præsentandum, talis collatio valet non præsentante,nec contradicente patrono,quia respondet Garc.*d.c.*3.*n.*32.ex quo Ordinarius tunc confert ex jure & potestate originali, collatio ab eo facta spreto patrono solum est nulla in favorem patroni, atque adeò eo nolente, & reclamante, non aliàs.

Quartò notandum est, devolutionem cessare in re- 87
servatis ; quippe cum beneficia reservata Ordinarius conferre non possit, nec etiam illius negligentia dari possit in illorum collatione,ut per Cassad. *decis.*8.*n.*3. *&* 8.*de publ.*Rota *in Vercell.capellæ,*28.*Iunii* 1606. coram Card.Marquemont. impressa per Farin. *decis.*186. *n.*2.*p.*2.*recent.*

Quintò notandum est,devolutionem hujusmodi fie- 88
ri,si ij ad quos spectat, provident indignis, seu inhabilibus,& incapacibus,*c.cùm in cunctis,* §.*fin. de elect.* ubi dixi, *c.si compromissarius,eod.tit.in* 6.Zech. *de benefic. & pensionib.c.*5.*n.*15.Nicol.Garc. *de benefic.part.*10. *cap.*3. *num.*2. Cardin. Mantic. *decis.*158. *per totam*, ubi ait quod quamvis non possit argui negligentia Ordinarii,nisi à die scientiæ, tamen ille debebat scire conditionem ejus cui contulit beneficium, quia ita præsumitur, cùm antequam conferat, de vita, & moribus illius debeat inquirere, & plenam ejus notitiam habere, *c.innotuit,de elect.c.bonæ,il* 2.*in fin.*ubi notat Abb. *n.*15. *de postulat. Prælat.* Rebuff. *in praxi benefic. sub tit. de pœnis contra collatores indignis conferentes, num.*3. ac proinde dicatur esse in mora juxta supra resoluta. Verùm si Vicarius contulerit beneficium indigno, non fieri devolutionem, nec esse Episcopum conferendi potestate privatum,nisi habeat ratam collationem, resolvunt Rebuff. *in pract. benefic. tit. forma Vicariatus, n.*140.Sbrozz. *de Vicario Episcopi lib.*3. *quæst.*37. quos refero ego ipse *in collectan. ad dict.cap. cùm in cunctis, num.*38.

ALLEGATIO CXXVII.

Episcopalia jura, & jurisdictio an, & quando ab inferioribus præscribi possint.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio & jura Episcopalia possunt per Romanum Pontif. privilegio concedi aliis quàm Episcopis.*
2 *Privilegio quæ acquiri possunt, acquiruntur etiam præscriptione.*
3 *Jurisdictio, & jura Episcopalia etiam cum territorio, præscribi possunt ab inferioribus.*
4 *Res sacræ quæ proprie dicantur.*
5 *Jus patronatus, jus eligendi ad beneficium, jus decimandi, & similia licèt non emantur, nec transferantur aliquo temporali dato, sunt tamen in commercio, quatenus per aliquos titulos acquiruntur, transferuntur, & retinentur.*
6 *Jurisdictio Episcopi non præscribitur per jurisdictionales actus ab alio factos nomine ipsius Episcopi.*
7 *Jura Episcopalia ardua, & quæ solis Episcopis reservantur, præscribi possunt ab inferioribus, sed non procedit in reservatis Ordini, ut n.*8.
8 Cap. quando, de consuetud. *declaratur.*
9 *Collatio, seu institutio beneficiorum contra Episcopos præscribi potest, ita ut ad alios inferiores pertineat.*

10.Cap.

10 Cap. ex frequentibus. 3. de instit. *declaratur.*
11 *Institutio authorizabilis prascribi non potest.*
12 *Contrarium verius.*
13 Cap. cum olim, de præscript. & cap. cum satis, de officio Archid. *conciliantur.*
14 *Iura Episcopalia præscripta competunt prascribenti, non accumulativè cum Episcopo, sed privativè.*
15 *Contrarium non est improbabile.*
16 *Iurisdictio, & potestas specialis alicui communicata intelligitur accumulativè, non verò privativè respectu illius qui Ordinariam de Iure habet.*
17 *Visitandi jus alicui concessum, non censetur concessum privativè quoad Episcopum, nisi expressè dictum sit quod Episcopus non possit visitare.*
18 *Prima opinio de præscribente privativè procedit, ubi præscribens solus usus est jurisdictione; secunda verò de præscribente accumulativè, ubi præscribens & præscriptus simul exercuerunt.*
19 *Iurisdictio privativè ab Episcopo prascribi non potest, quia saltem penes eum remaneat habitus, licèt actus sit penes inferiorem, quo negligente revertitur ad Episcopum.*
20 *Respondetur objectis.*
21 Cap. auditis, in fine, de præscript. *declaratur.*
22 *Episcopalia Iura quæ sint, in quibus Episcopus habet fundatam intentionem de Iure communi.*
23 *Iurisdictionem exercendi in omnibus Ecclesiis suæ diœcesis fundatam intentionem habet Episcopus de Iure communi.*
24 *Exercitium Iurisdictionis spiritualis quoad omnes personas suæ diœcesis habet Episcopus de Iure communi.*
25 *Episcopus exercet jurisdictionem in loca & personas suæ diœcesis, licèt exemptionem allegent, nisi privilegio exhibito & diligenter excusso.*
26 *Manutentio in quibus rebus & causis danda est Episcopo, etiam respectu exemptorum, seu monasterij exempti.*
27 *Exemptus seu privilegiatus manutentionem consequitur contra Episcopum, si in possessione illius exemptionis, seu privilegij reperiantur.*
28 *Causarum omnium cognitio pertinet ad Episcopum in sua diœcesi, in eaque habet fundatam intentionem de Iure communi.*
29 *Et in cognitione causarum criminalium, & matrimonialium.*
30 *Examinatores deputare pro collatione Parochialium spectat ad Episcopum de Iure communi.*
31 *Confessarios approbare spectat ad Episcopum, & in quasi possessione debet manuteneri.*
32 *Beneficiorum omnium super collatione habet Episcopus intentionem fundatam de Iure in tota sua diœcesi.*
33 *In cura animarum non habentium proprium Parochum habet Episcopus assistentiam Iuris.*
34 *Super decimis prædiorum, quæ sunt in nullius Parochia, & super decimis prædiorum existentium in Ecclesia Cathedrali, quæ sit Parochialis, habet Episcopus assistentiam juris communis.*
35 *Quartæ decimarum in exactione pro sua portione pontificiali habet Episcopus intentionem fundatam de Iure intra limites suæ diœcesis.*
36 *Cathedraticipro credito habet Episcopus Iuris assistentiam contra Ecclesias sibi subditas ratione visitationis, seu procurationis usque ad duos solidos.*
37 *Manutentio in materia jurisdictionali competit ratione solius Iuris communis.*
38 *Manutentio vigore assistentiæ Iuris communis competit alia probatione.*
39 *Assistentiam Iuris communis habens pro se, dicitur habere liquidissimam probationem.*
40 *Assistentia Iuris communis quando est offuscata, & redditur turbida, tunc non sufficit ut competat manutentio.*
41 *Manutentio non datur ex sola Iuris communis assistentia, quando alius est in possessione, & quando ex adverso allegatur & probatur exemptio, privilegium, seu titulus, unà cum præscriptione, seu possessione.*
42 *Episcopo sine possessione non datur mandatum de manutenendo in quarta decimarum, super qua habet de Iure communi fundatam intentionem.*
43 *Decimarum in materia Rota non dat mandatum de manutenendo propter Iuris communis assistentiam, nisi probata etiam quasi possessione.*

CUM jurisdictio, & jura omnia Episcopalia saltem à Pontifice Maximo possint privilegio concedi aliis quàm Episcopis, c. *cùm contingat*, de foro comp. c. *accedentibus*, 12. de excessib. Prælat. c. *Abbates* 3. de privileg lib. 6. † & ea, quæ possunt privilegio acquiri, acquirantur etiam præscriptione, ut vulgò deducitur ex c. *super quibusdam, vers. præterea, de verb. significat. d. c. accedentibus, in fine* ubi gloss. cum aliis traditis per Covarr. *lib.* 1. *var. c.* 19. *n.* 14. & Gabr. *commun. sub tit. de præscript. concl.* 1. *à princip.* Jam sequitur † jurisdictionem, & omnia jura Episcopalia etiam cum territorio præscribi posse ab inferioribus: quare ita probant text. *in c. auditis, & in c. de quarta* 4 *& in cap. cùm olim* 16 *vers. quia, de præscript. & in c. ult. de offic. Archid. gloss.* 2. *in c. quicunque*, 16 *q.* 3. Calderin. *cons.* 2. *de præscript.* Balb. *eodem tract.* 1. *p.* 5. *à numer.* 85. Boër. *decis.* 133. *n.* 10. Covar. *in c. alma mater, p.* 1 § 12. *num.* 3. Abb. *in c. cùm contingat, num.* 11. *de foro compet.* Rot. *in Volaterrana, seu nullius jurisdict.* 15. *April.* 1584. coram Orano, *& in Constant. jurisdiction.* 18. *Maij* 1611. coram *Reverendissimo Acrebat.* impressa per Farin. *dec.* 324. *n.* 12. *p.* 1. *recent. & in Barensi jurisdictionis*, 16. *Febr.* 1609. coram *Reverendissimo D.meo Coccino Decano*, impressa per eundem *decis.* 243. *n.* 9. *p.* 2. *recent.* ubi etiam fuit dictum, quod ad hoc propositum debet probari immemorialis, aut quadragenaria cum titulo.

Non obstat quod juspatronatus, jus eligendi ad beneficium, jus decimandi, & reliqua ferè omnia jura Episcopalia, & Parochialia sunt spiritualia, vel spiritualibus annexa, *cap. quando, de jure patron. c. Messana*, ubi omnes, *de elect. c. causam quæ, & c. cùm olim*, ibi, *universa spiritualia, de præscript.* & dicuntur res sacræ, *c. super eo*, 7. *de transact.* Atqui res sacræ præscribi non possunt, *l. usucapionem* 9. *ff. de usucap.* §. *sed aliquando, Inst. eodem tit.* Igitur, &c. Respondetur enim res sacras in proposito intelligi illas, quæ per Pontifices specialiter consecrantur, & in usum Divinorum benedictione quadam sanctitatis constituta dicantur, & sacra constituuntur; unde strictè loquendo sacræ efficiuntur, per quam consecrationem eximuntur à commercio, ut jam non sint in bonis alicujus, *l. in tantum, vers. sacra. ff. de rerum divis.* §. *sacra. Instit. eod.* explicat post D. Thom. & alios Navar. *de spoliis* §. 17. *n.* 7. Planè † juspatronatus, & spiritualia, de quibus suprà, non sunt ejusmodi, quia permanent in bonis eorum, quibus competunt, & veluti jura propria ab illis administrantur, qui licèt non plenum, restrictum tamen dominium, & veram quasi possessionem habent, ac subinde licèt illa jura non emantur, neque transferantur aliquo temporali dato, vel retento ad vitandum simoniæ vitium, *d. c. super eo*; nihilominus tamen sunt in commercio, quatenus per aliquos titulos acquiruntur, transferuntur, & retinentur, ut colligitur ex *c.* 1. cum aliis, *de jure pat. Clem. si plures, eod. tit. cap. querelam*, ibi *in quasi possessione, c. cum Ecclesia* 32. ibi, *jure suo, de elect. c.* 1. ibi, *jure sacerdotum*, 16. *q.* 7. *cap.* 2. *de transact.* cum aliis. Intellige † principalem

palem resolutionem procedere ubi præscribitur absque ullo Episcopi ministerio; quia illius jurisdictio non præscribitur per jurisdictionales actus ab alio factos nomine ipsius Episcopi, ut post Ruin. *cons.*217. *n.*13.*vers.allegat etiam, lib.*1.censuit Rot. *in Marsic. jurisdict.*26.*Aprilis* 1609 coram *Patriarcha Manzanedo*,impressa per Farin.*dec.*248.*n.*6. *p.* 2. *recent.*

7 Amplia id ipsum procedere etiam in juribus Episcopalibus arduis, & quæ solis Episcopis, & ipsorum dignitati reservantur, ut colligitur ex *d. c. cùm olim, vers.quia*,& constat quia cognitio causarum matrimonialium est de arduis, quæ soli Episcopo reservantur, & ex stylo Curiæ committuntur,*d. c. antecedentibus*, Concil.Trident.*sess.*24.*de reformat.c.*20.*vers. ad hæc*, & tamen text.*in d.c.auditis*,probat hujusmodi cognitionem legitima præscriptione posse inferioribus acquiri,ut *ibi* notant omnes,ut per Paris. *num.*3.*gloss.* 2. *& ultim.*per text.*ibi dict. cap. accedentibus*, *gloss.*1.*in capite litteras, de restitut spoliat.* communis ex Palat. *in repet.capit.per vestras,de donation. inter virum, & uxorem,notab.*2.§.1.*num.*33.Balb. *ubi sup.num.*85.Covar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. §. 12. *in princip.* quicquid dicat Host. *in dict. cap. litteras*, quem sequitur Ias.*in l.more majorum, ff. de jurisdict. omnium jud. num.* 49.

8 Non obstat *cap quanto,de consuetud.*ubi jus conferendi sacramentum Confirmationis, uti res ardua, & Episcopis reservata,ut text.habet,non potest præscribi ab inferioribus non Episcopis: nam ultra multa, quæ ad illius materiam,& intellectum tradunt D.Th. ubi Cajet.*p.*3.*q.*71.*art.*11.Con.*lib.*1.*var.c.*10. Martin. Ledesm.1.4.*q.*13.*art.*11. respondetur principalem hujus allegationis regulam,& ampliationem hujusmodi procedere in iis,quæ reservantur dignitati, & jurisdictioni Episcopali, non autem in reservatis Ordini, de quibus agit *cap. quamvis* 68. *distinct.* malè allegatum à *gloss.*2.*in dict cap accedentibus.*Planè collatio Sacramenti Confirmationis ex Apostolorum traditione reservata est Ordini Episcopali,ut probat text. sic intelligendus *in dict.c.quanto*, *c* 1.*cum seqq. de consecrat. dist.*1.cum aliis per me adductis sup.*p.*2.*alleg.*30.unde meritò præscribi non potest ab iis, qui non habent ordinem Episcopalem, quippe qui non possunt in ea specie habere possessionem legitimam, sine qua non præscribitur reg.*sine possessione,lib.*6.& ita intendunt *glos.*4.*vers.item*,Abb. *num.*6.Paris.4.*in d.c.auditis.*Balb.*ubi sup.n.*89. *vers.tertiò*, Covar.*d.c.*10.*n*14. Juvant *c.aqua.vers.non. de consecrat. Eccles.vel Alt.* Nec aliud probat *c. pervenit*,95.*dist.*ubi ex privilegio & commissione Sedis Apost.possunt non Episcopi Sacramentum Confirmationis conferre, ac subinde poterunt id ipsum acquirere præscriptione immemoriali,arg.*c.super quibusdam,vers.præterea,de verb.signific.* nam ultra alia quæ ad intellectum *d. c. pervenit*, tradunt Doctores,ut per Covar.*d. c.* 10. *à n.* 7. *&* 10.& Martin.Ledesm.*ubi sup.*satisfit,ut per eundem Covar. *n.*14 & per citatos à Gabr.*commun. subtit.de præscription. concl.* 1. *à n.* 16.

9 Ex quibus infertur collationem, seu institutionem beneficiorum contra Episcopos præscribi posse, itaut ad alios inferiores pertineat,ut probat *c.cùm olim,versic.quia*,ibi, *institutionibus,de præscript.* & suadetur ex eo,quia suprà diximus,jurisdictionem,& jura Episcopalia posse præscribi ab inferioribus; collatio autem, & institutio beneficiorum pertinet ad jurisdictionem & jura Episcopalia,*c.conquerente* 16. *de officio Ordin. c. nosti* 9. *de elect.* Ergo, &c.

10 Non obstat *c.ex frequentibus*, 3. *de instit.* quia solum reprobat consuetudinem,vel præscriptionem,per quam clerici recipiebant beneficia ab iis,qui potestatem non habebant, intrudentes se sine auctoritate alicujus legitimi superioris,ad quem id jure pertinet, juxta quem sensum Pontifex in eo text.agit de consensu Episcopi,vel officialium,non ut excludat alios, qui privilegio, vel præscriptione legitima instituendi potestatem habuerint, immò tacitè eosdem includit, dum simpliciter non egit de Episcopis, & officialibus, sed adiecit, *qui de jure possunt*: quæ verba licèt passim intelligantur expositivè,multò planiùs,ut pungit Abb.*ibi n.*8.accipiuntur restrictivè ad præcedentia, quasi textus agat non de consensu Episcopi, vel officialium quorumcunque,sed illorum, qui de Iure possunt.Ita quod ubi Episcopi,vel officiales jure non possunt,necessarius sit,& sufficiat consensus aliorum, qui aliàs possunt: planè ubi aliquis contra Episcopum præscripsit collationem, vel institutionem, jam non Episcopus, sed præscribens potest de Iure conferre, juxta *d. c. cùm olim.*

11 Licèt supradicta illatio de plano procedat in institutione tituli collativa, tamen non desunt, qui aliter sentiant in institutione illa, quam vocant authorizabilem, per quam in beneficiis Curatis committitur populus,vel animarum cura, observantes limitati regulam *d c.auditis, & d.c.cùm olim*, *de præscript.*dum habent Iura Episcopalia præscribi posse, ut non procedat in dicta institutione authorizabili, per *d. c. ex frequentibus.*Ita tenent Guid.Papæ *in d.c.auditis,n.* 1. *ad finem*, & alij, quos refert Felin. *num.* 8. Milis & alij,de quibus Gilchen. *de præscript. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 10.

11 Sed his non obstantibus verius est, institutionem etiam authorizabilem præscribi posse, ut intendunt gl.1.*ad fin.in d. c. ex frequentibus*, *gl.*2.*in c. cùm Bertoldus,de re judic.*Abb.*in d.c.cùm olim,n.*5.*& in c.cùm ex officio,n.*6.*de præscript. & in d. cap. auditis,num.*6. ubi post alios Felin.*n.*8. testatur in tota Italia ita servari,Balb.1.*part.*5.*n.*88.communis ex Paris.*in d.c. auditis,n.*5.& colligitur ex *d.c.cùm olim,vers. quia*, ubi Ecclesiæ ad Episcopum pertinentes possunt ab aliis pleno jure præscribi,itaut vel quoad omnia, vel quoad pleraque gravissima,de quibus *in d.vers.quia*, eximantur ab Episcopi potestate: igitur præscribi poterunt etiam quoad institutionem hanc,in qua non apparet major,vel diversa ratio: juvat idemmet text.*in d. vers.quia*,in verbo.*institutionibus*,sub quo comprehenditur omnis institutio ad Episcopum pertinens, sive tituli collativa, sive authorizabilis sit. Facit tandem text.*in c.cùm satis de Offic. Archid.*dum probat institutionem hanc posse competere Archidiacono de licentia & mandato Episcopi: igitur non occurrit cur similiter per legitimam præscriptionem acquiri nequeat.

12 Non obstat *d. c. cùm satis*, dum videtur probare Archidiaconum sine mandato Episcopi obtentu alicujus consuetudinis habere non posse institutionem authorizabilem,qui omissis multorum interpretationibus,quorum aliqui interpretantur de consuetudine, vel præscriptione non completa,alij distinguunt inter præscriptionem,& consuetudinem, ut in hac procedat *in dict.c.cùm satis*,in illa *dict.cùm olim*,nonnulli verò in præscriptione sine titulo,& bona fide; faciliùs intelligitur cum Card.*in Clem.*1.*in princ.opposit.*6.*de excessib.Prælat.*Balb.*de præscript.*1.*part.*5.*q.*11.*num.* 6 & Gilchen.*eod.tract.p.*3.*c.*10.*n.*10.quod *in d.c.cum satis*, solùm prohibet Pontifex consuetudinem, seu magis præscriptionem,per quam aliquis inferior intendit instituere in beneficiis nomine proprio, non ita si præscribat nomine,& vice Episcopi, tanquam ipsius Vicarius faciat institutionem, ut deducitur ex littera ejusdem text. ibi, *sine licentia & mandato Episcopi*: quæ verba ostendunt quod si præscripserit ut faciat tanquam de mandato Episcopi, non esse prohibitum, juncta vulgari reg. quod omnia, quæ privilegio acquiri possunt, acquiruntur etiam præscriptione, *d. c. super quibusdam,*§.*præterea.*

14 Iura hæc sic præscripta non competunt præscri-

benti

benti accumulativè cum Episcopo, quasi illi cum hoc insimul accumulentur, ut uterque utatur, & locus sit præventioni, sed potius privativè respectu Episcopi, itaut solus Abbas præscribens, utatur, Episcopus verò privetur, & excludatur ne amplius uti valeat, ut probant *dict. c. auditis, in fine*, ibi, *silent. imponentes*, &c. observant ibi Abb. *n.* 7. Felin. *n.* 9. & Paris. *n.* 7. post alios idem Abb. & Imol per text. ibi *in d. cùm olim*, Abb. *n.* 7. & Felin. *num.* 5. *in c. pastoralis in princ. de officio Ord.* Bald. *cons.* 201. *l.* 1. Marian. *n.* 8. *in c cùm contingat, de foro comp.* Balb. *de præscript.* 1. *part.* 5. *n.* 88. *& part.* 2. *n.* 22. refert alios Covar. *in c. alma mater, part.* 1. §. 12. *num.* 3. & sequitur Rot. apud Mantic. *decis.* 296. *n.* 1. ubi intelligit de præsciptione longissimi temporis, Avend. *lib.* 1. *Prætorum, cap.* 5. *num.* 25. ex quibus jam hodie hæc videtur recepta sententia, pro qua non leviter urget natura præscriptionis secundùm quam ea, quæ præscribuntur, acquiruntur, itaut alius contra quem præscribitur, omninò ab illis excludatur, & ejus dominium, vel jus omninò perimatur, *l.* 1. *post princ.* ibi, *excludebantur*, &c. *C. de usucap. transform. l. qui* 23. ibi, *dominium mutet, ff. de usucapion. gloss. pen. in fine, in l.* 3. §. *ex pluribus, ff. de acquir. possess.*

15 Contrariam nihilominus sententiam, immo quod jurisdictio, & jura Episcopalia, vel similia, non privativè, sed accumulativè ad Episcopum præscribantur, probarunt Ioan. Andr. Host. Anton. Imol. & alij *in d. c. pastoralis*, Roland. *cons.* 80. *à n.* 22. *l.* 2. quam & praxi servandam, & communem (antiquorum fortasse)
16 testatur Cov. *dict. loco.* Pro quibus facit, quia † jurisdictio, & potestas specialis alicui communicata, intelligitur accumulativè, non verò privativè respectu illius, qui Ordinariam de Iure habet, itaut locus sit præventioni, arg. *l.* 1. *Cod. de officio præfecti Vrbis, l. ult. C. de jurisd omnium jud. c. pro hoc, de hæret. in* 6. communis *in d. c. pastoralis*, & alibi, ut per Roman. *cons.* 393. *n.* 1. *cum seq.* Ruin. qui de communi testatur, *cons.* 7. *n.* 5. *l.* 4. Covar. & Rol. *citatis locis*, Rot. ex sententia Illustrissimorum Interpretum Concilij *in causa Pisiensi Iurisdiction.* 15. *Iun.* 1590. coram *Card. Platto, & in Montis Regalis jurisdictionis*, 27. *Novembris* 1606. coram *R. D. meo Coccino Decano*, impressa per Farin. *dec.* 121. *n.* 4. *p.* 1. *rec. & in Abul. juris visitandi*, 28. *Iun.* 1600. coram Greg. XV. impressa per eundem *dec.* 30. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* & in eadem coram eodem 10. *Novembris* 1600. impressa per eundem Far. *dec.* 33. *n.* 1. *d. p.* 2.
17 *recent.* ubi fuit dictum quod † visitandi jus alicui concessum, non censetur concessum privativè quoad Episcopum, nisi expressè dictum sit quod Episcopus non possit visitare: tum etiam quia si jurisdictio & jura Episcopalia in proposito præscriberentur privativè, utique Episcopus privabitur jure obedientiæ, & procurationis debitæ, contra *c. cùm non liceat, & c. cùm ex officij, de præscript.*

18 Vnde ex mente Abb. *in d. c. auditis, num.* 14. *& in dict. cap. pastoralis, num.* 7. Roland. *cons.* 439. *num.* 11. *vers.* 3. *lib.* 5. & aliorum dici potest, priorem opinionem procedere ubi per integrum præscriptionis tempus præscribens solus usus est jurisdictione, & juribus præscriptis, Episcopus verò, vel alius contra quē præsciptio processit, intra tempus usus non fuit: tunc enim ex quo solus ille, vel quasi possedit, solus acquisivit, & ita privativè, ut colligi potest ex *l. si quisquam, ff. de div. & temp. præsc.* Posterior verò opinio procedat, ubi etiam is contra quem præsciptio completur, intra tempus illius exercuit jurisdictionem, vel jura alia, quæ similiter alius præscribens quasi possidens exercuit: tunc enim quia is non solus, sed accumulativè cum illo præscribit, & acquirit, ut videmus contigisse in plerisque causis mixti fori, de quibus cognitio, cùm natura sua esset temporalis ex præscriptione, accumulativè pertinet ad Ecclesiasticos, qui non soli, sed etiam laicis cognoscentibus accumulativè cognoverunt. Illud tamen advertere oportet, quod † præscribi non potest jurisdictio 19
privativè ab Episcopo, quin saltem penes eum remaneant habitus, licèt actus sit penes inferiorem, quo negligente revertitur ad Episcopum, ut observant Abb. *in c. cùm contingat, n.* 18. *de foro compet.* Erasm. à Cochier *de jurisd. Ordin. in exemptos, p.* 1. *q.* 6. *n.* 20. Rot. *dec.* 414. *n.* 1. *p.* 1. *divers.*

Nec adversatur quod Episcopus, vel is contra quem 20
præscribitur, exercens jurisdictionem, vel jura alia intra tempus præscriptionis, videtur præscriptionem interrumpere, ita ut jam amplius nec etiam accumulativè possit alius præscribere, quia refellitur ex mēte Abb. *n.* 14. & aliorum, si dicas huiusmodi usum Episcopi tantummodò interrumpere, & impedire præscriptionem privatam, cui soli adversatur, & ita efficere ne præscribens, qui solus non exercuit, solus acquirat, non verò interrumpere ne is, qui accumulativè cum alio quasi possedit, accumulativè cum illo acquirat, qui huic acquisitioni accumulativæ non adversatur simplex usus illius contra quem præscribitur, cum quo stare potest usus alterius accumulativus, ita ut locus sit præventioni. Sic sanè retenta hac concordia cessant omninò, & componuntur argumenta suprà in utramque partem adducta. Nam text. *d. cap. auditis, in fine*, procedit ubi Abbas per integrum præscriptionis tempus solus quasi possedit, & exercuit jura Episcopalia in Ecclesiis, de quibus *ibi*: idem intendit *cap. auditis, de in integ. restit.* ibi, *pleno jure*
21 *possessa*. Sic similiter † natura præscriptionis rectè defenditur in proposito, dum præscribens acquirit eo modo quo possedit, & ita privativè, si solus, accumulativè verò si non possedit solus, in quo posteriori casu alter contra quem præscriptio currit, privatur, & excluditur ab illo jure, quod antea habebat, secundum quod solus jurisdictione, & aliis juribus utebatur, & nunc post præscriptionem cogitur admittere alium secum accumulativè utentem jurisdictione, & juribus incorporalibus quæ possunt à pluribus in solidum obtineri, licèt in rebus corporalibus aliud servetur, *l. si ut certo.* §. *si duobus ff. commodati*; sicut etiam ubi jurisdictio specialis alicui committitur in favorem personæ, per hujusmodi commissionem derogatur potestati ordinariæ *c. studuisti, de officio Legati.*

De Iuribus Episcopalibus, in quibus, & super quibus per Iuris communis assistentiam ad solum Episcopum spectat cognitio, & illi datur absque alia probatione manutentio.

DUm suprà variis in locis de his juribus Episco- 22
palibus egimus, nihil ex professo de Iuris communis assistentia & fundata intentione, quam in illis habent Episcopi, ad plura deserviente diximus: quare in hoc loco aliquid dicere operæpretium duximus, postquam de horum Iurium præscriptione suprà tractavimus. Multa igitur sunt hujusmodi Iura.

Primò Episcopus habet fundatam intentionem de 23
Iure communi super jurisdictione omnium Ecclesiarum, idest, exercendi jurisdictionem quoad omnes Ecclesias suæ diœcesis, *c. omnes Basilicæ.* 16. *quæst.* 7. *c. conquerente, de officio Ord.* plures refert Post. *in tract. mandati de manutenendo, observat.* 45. *num.* 6. Seraph. *dec.* 1104. *num.* 1. *& dec.* 1228. *num.* 1. Rota *dec.* 515. *n.* 1. *part.* 1. *recentiss.* aliàs *in posthumis Farinacij*, & quoad omnia loca existentia intra fines diœcesis, etiam quod sint nullius, Rota *dec* 501. *n.* 1. *p.* 2. *recent.*

Secundò. Habet etiam Iuris communis assistentiam in exercitio jurisdictionis spiritualis quoad 24
omnes personas suæ diœcesis, *dict. cap. conquerente,*

de officio Ordin.capite cùm Episcopus, eod. tit. lib.6. Caputaq.*decision.306.num.1. & 7.lib.1. & dec.203. lib.3.*Post.*dict.tract.observ.29.n.17.*Rota *decis.713. n.1.p.4.diverf.& decis.171.n 2. & decision.491.n.1. part. 1. recentior.* Etiamsi illæ personæ profiteantur se inservire Capellæ exemptæ à jurisdictione Episcopi,Rota *decision.726.n.2.vers. & quatenus, part.1.*
25 *diverf. & decisione 313.n.2 p.2.recentissim.* † non est enim inhibendum Episcopo quominus suam jurisdictionem exerceat in loca & personas suæ diœcesis, etiam sub prætextu exemptionis, seu privilegij, nisi eo exhibito,& diligenter discusso,itaut manutenendus veniat donec de exemptione,seu privilegio disputetur,*cap.cùm personæ,de privileg lib.6.* Seraphin. *dec.595.sub num.1.& dec.1067.num.* 3.Beltramin.*ad Gregor.dec.312.sub num.* 4. Rota apud Marchef. *de commiss.p.1.pag.* 957. & apud Pacif.*de Salviano interd.dec.42.num* 6.

26 Etiam ubi de exemptione,& privilegio constiterit,adhuc manutenendus est Episcopus respectu Monasterij exempti quoad ea, quæ concernunt clausuram ipsius Monasterij, & quoad visitationem curæ animarum, & administrationem Sacramentorum, admissionem ministrorum etiam amovibilium,& in his,quæ pertinent ad Ordines, Rota apud Marchef. *de comm.p.1.pag.958.in princ.& n.2.*Postius *d.tract. observ* 45.*n.16.*& respectu exemptorum,qui habent suas Ecclesias & loca in territorio,& intra fines suæ diœcesis ex sola juris communis, & Concilij Tridentini assistentia erit danda manutentio Episcopo in convocatione Synodi, ut in visitatione Ecclesiarum Parochialium, earum Rectorum sæcularium, necnon eorum correctione in concernentibus curam animarum, eorundemque institutione, & destitutione, & concessione litterarum dimissorialium, Ordinumque collatione,Seraph.*dec.* 127.*in princ.n.* 1.*& in fine*, quæ est inter diversas *dec.* 166.*p.* 4. & apud Marchef.*d.part.1.pag.*982. refert Post.*dict.observat.* 45. *num.*15.

27 Quæ tamen restringenda veniunt eo casu,quo ille, qui exemptionem, seu privilegium exhibet, sit etiam in quasi possessione illius exemptionis; quia tunc illi, & non Episcopo manutentio datur, *d.cap. cùm personæ,de privil.in* 6.Marescot. *var.resol.lib.1. c.11.n.21.& 22.cum seqq.* Aloys. Ricc. *in coll.dec. collect.* 1314. Rota apud Marchesan. *d.p.1.pag.*980. *n.2.* & inter recentior. *dec.*491.*n.*4.7. *& 9.p.1.* ubi *n.8.& 10.*ait quod in quasi possessione exemptionis tunc quis constitutus dicitur, si probetur venisse casum, & Ordinarium voluisse exercere jurisdictionem, & fuisse repulsum, & repulsioni acquievisse, vel habuisse se pro spoliato, non autem ex eo solo quod non appareret Superiorem in eum exercuisse, refert Post. *d.observ.* 45.*n.*17.*&* 18.

28 *Tertiò.* Episcopus habet juris communis assistentiam, ac in eo fundatam intentionem in cognitione causarum omnium,juxta text.*in d.c.cùm personæ, & ibi* Doctores *de privil.in* 6.Rota *dec.*306.*n.*1. apud Postium post dictum ejus tractatum.Et sic in cognitione causarum civilium,& mixtarum,Rot.*dec.*383.
29 *n 2.p.2.recentissim.* † Et in cognitione causarum criminalium,gloss.*verb.per Capitulum,in c.irrefragabilis,§.excessus,de offic.Ord.*Caputaq. *dec.*203.*p.*3.Rot. apud Marchef. *de commiss. part.1.pag.* 1069. *in ult. impress.& decis.*197.*à n.1.& dec.*306.*n.*3.*&* 5. apud Postium,*& interrecentior.dec.*447.*p.1.& dec.*610.*p.2.* ubi fuit dictum non solùm de Iure communi, sed etiam vigore Concilij Trident. Episcopum habere fundatam intentionem in cognitione causarum criminalium intra limites suæ diœcesis, & donec de contraria immemorabili discutitur, manutenendum esse in sua possessione, proindeque per Concilium *sess.24.de ref.c.20.prope fin.* sublatam esse quadragenariam cum titulo, seu privilegio, eadem Rota *inter recentiss.dec.*126.*n.*1.*p.*2.Et quod in cognitione causarum criminalium & matrimonialium habeat Episcopus infrà limites suæ diœcesis fundatam intentionem,tenent Seraph.*dec.*595.*n.*4.Rota *dec.*273.*n.1.& dec.*382.*n.*1.& *dec.*610.*n* 1.*p.*2.*rec.*Unde *Sacra Congreg.Concilij in nullius,sive Conversana,*20. *Augusti* 1627. censuit causarum matrimonialium, & criminalium cognitionem ad Episcopum spectare donec per alium prætendentem probetur immemorabilis, & quod sit nullius: & iterum *in Theatina Abbatia S.Ioannis in Venere,*11.*Septemb.*1621.fuit resolutum spectare ad Episcopum cognitionem causarum matrimonialium, & criminalium, etiam in Abbatiis exemptis, donec per tres sententias conformes, vel unicam,quæ in rem judicatam transierit,Abbatiam præfatam,ac loca illi subjecta,seu ab ea dependentia nullius diœcesis esse constiterit.

Quartò. Episcopus cùm habeat Iuris assistentiam 30
in deputandis examinatoribus pro collatione Parochialium,in quasi possessione Iuris hujusmodi debet manuteneri,ut per Mantic. *dec.*228.*n.* 6. Post. *in d. tract.observat.*10.*n.*18.

Quintò. Et in quasi possessione approbandi Con- 31
fessarios ob eandem rationem manutenendus est, Rota *dec.*332.*p* 1.*recent.*Post.*d.observ.*10.*n.*19.Rota *apud eundem dec.*97.*n.*13.

Sextò. Episcopus habet fundatam intentionem 32
de Iure communi super collatione omnium beneficiorum suæ diœcesis,*d.c.omnes Basilicæ,* 16.*q.*7 *n.*1. Gregor. XV. *dec.*291.*n.*1. ubi Adden.*sub n.*4. Rot. *dec.*382 *n.*1.*& dec.*416 *n.*1.*p.*2.*recentior.& decis.*125. *num.*1. apud Postium *post ejus tract.*

Septimò. Episcopus habet assistentiam Iuris in 33
cura animarum Ecclesiarum non habentium proprium Parochum,*c.cùm satis,*ubi Abb.*n.*1 & 2.Cardin.Anchar. & alij *de officio Archid.* Butr. *in cap.1. num.*7.*de capell.monach.* Rota *dec.*93. *num.*2.*part.*2. *recentiss.*

Octavò. Habet quoque fundatam intentionem de 34
Iure communi super decimis prædiorum, quæ sunt nullius parochiæ, *c.quoniam in 2.dicto,*ubi Host.*n.*1. & 2.Abb.*n.*2. & Boic. etiam *n.*2.*de decim.c.dudum,* ubi glos.*verb.de Iure communi,in vers.utrius puto,& ibi* Anch.*n.*1.*in fine.*Butr.*n.*2.*eod.tit.*Coccin.*dec.*118. *n.*5.*& dec.*237.*n.*2.*& dec.*485.*n.*1.*& dec.*254.*num.*1. Post.*d tract. observ.*45 *n.*46. Rot.*dec.*262.*n.*1.*part.*2. *recentior.* Et super decimis prædiorum existentium in Ecclesia Cathedrali, quæ sit Parochialis.Coccin. *decis.*38.*num.*1.*& dec.*254.*n.*4. Post. *d observat.*45. *num.* 45.

Nonò. Intentionem fundatam habet Episcopus in 35
exactione quartæ decimarum pro sua Pontificali intra limites suæ diœcesis,*c.de his,c.decernimus,*10. *q.*1.*c.conquerente,*& *ibi* Host.*n.*15.Ioan. Andr.*n.*40. Imol.*n.*8.Butr.*n.*4. *de officio Ord.* Rebuff. *de decim. q.*7.*n.*11.Marescot.*lib.*1.*c.*21.*n.*17.Seraph.*dec.*1449.*n.*4. Post.*observ.*45.*n.*54. Greg. XV. *dec.* 519. *n.*1. *&* 2. Rot.*decis.*402.*n.*1.*p.*2.*recent.* ubi etiam quæ dicatur Pontificalis portio: intellige probata possessione,ut infrà ostenditur, *n.* 43.

Decimò. Episcopus habet juris assistentiam pro 36
credito Cathedratici contra Ecclesias sibi subditas ratione visitationis, seu procurationis usque ad duos solidos, *cap.* 1. 10. *quæst.*3. *cap. conquerente, verb. duos solidos, de offic. Ordin.* Pavin. *de visitat. part.*1 *quæst.*5.*num.*13.Rota *decis.*465.*n.*1.*p.*2.*recentissim.*

Pro quorum Iurium assistentialium,& manutenibilium cognitione est observandum, quod in materia jurisdictionali competit manutentio ratione solius Iuris communis,*d.c.cùm personæ,§ fin.de privil. lib.*6. Caput.*dec.*306.*n.*7.*l.b* 1. Rot. *dec.*145.*num.*5.

in

in fine, & seq. p. 1. diverſ. & deciſ. 313. n. 2. in fine, p. 2. recentiſſim.

37 Vigore enim aſſiſtentiæ Iuris competit manutentio, etiam alio non probato, ſeu abſque alia probatione quaſi poſſeſſionis, Caputaq. *dec. 206. in princ. n. 1. 2. & 7. p. 1. & dec. 201. p. 2.* Mareſcot. *d. lib. 1. c. 11. n. 3.* Verall. *dec. 103. p. 2.* Seraphin. *dec. 1067. n. 3.* Mantic. *dec. 40. ſub n. 4. & deciſ. 322. num. 2.* Coccin. *dec. 471.* Cardin. Cavaler. *dec. 193. n. 1. & dec. 506. n. 2. & 4. & deciſ. 617. num. 1.* Rot. apud Pacificum *deciſ. 39. n. 2. & 3. & dec. 42. n. 5.* & apud Poſtium *dec. 125. n. 1. & dec. 184. n. 2. & dec. 306. n. 21.* eadem Rota *dec. 416. num. 1. p. 2. recentior.* † Habens enim pro ſe aſſiſtentiam Iuris communis, dicitur habere liquidiſſimam probationem, gloſſ. *verb. oſtenderis, in l. ſi tutor*, ubi Bald. *n. 2. C. de privil. tut.* Rota *dec. 4. in fine, p. 2. diverſ. & deciſ. 313. num. 6. in fine p. 2. recentiſſim.*

38 Tunc autem ſola Iuris aſſiſtentia abſque alia probatione relevat ad effectum manutentionis, de qua agimus, quando nihil adeſt in contrarium, ſeu aſſiſtentia non eſt offuſcata, nec redditur turbida, ſecus è contra, ut ſi reſpectu Epiſcopi ſit incertum, & dubium, an locus ſit intra fines diœceſis, vel pendeat ſuper eo lis, vel adſit contra eum ſententia, ſeu aſſiſtentia ſit turbida, vel offuſcata actibus, & probationibus in contrarium, Mareſc. *d. l. 1. c. 11. num. 11.* Gregor. XV. *dec. 312. n. 1.* & addent *ſub. n. 4. verſ. limitatur.* Seraph. *dec. 1278. n. 1. & 5.* Rot. apud Poſt. *dec. 184. n. 6. & dec. 187. n. 9 & dec. 200. n. 25. & dec. 305. n. 4. & dec. 306. n. 2.* eadem Rot. *dec. 382. n. 5. & dec. 501. n. 2. p. 2. recentior.* At ſi actus contrarij ſint turbidi, interim donec probentur, debet concedi manutentio, eadem Rota *d. deciſ. 382. num. 6.*

39 Similiter ex ſola Iuris aſſiſtentia manutentio non datur, quando alius eſt in poſſeſſione, Beltramin. *ad Greg. deciſ. 312. num. 4. verſ. item aſſiſtentia.* Caval. *dec. 655. n. 10.* Rot. *dec. 165. ſub num. 1. p. 2. diverſ. & dec. 685. n. 2. in fine, p. 1. recentior. & dec. 423. num. 3. & deciſ. 505. n. 4. p. 2. etiam recentior. & deciſ. 184. n. 3* apud Poſtium, intellige ſi poſſeſſio ſit alicuius temporis conſiderabilis, Beltram. *d. n. 4. verſ. item aſſiſtentia,* Rot. *apud Poſt. dec. 200. n. 24.* Et quando ex adverſo allegatur, & probatur exemptio, privilegium, ſeu titulus, unà cum præſcriptione, vel poſſeſſione, quia tunc manuteneri debet qui titulum, & præſcriptionem, ſeu poſſeſſionem allegat, & probat donec ſuper petitorio cognoſcatur, Mareſcot. *d. lib. 1. c. 12. num. 5. & 18.* Gutier. *pract. lib. 3. quæſt. 14. num. 65.* Seraph. *deciſ. 591. num. 2. & 3. & deciſ. 1582. n. 1. & dec. 1586. num. 1.* Rot. *dec. 382. n. 4. & deciſ. 493. n. 2. p. 2. recent.* & apud Poſt *dec. 166. num. 20.*

40 Denique licèt Epiſcopus habeat in quarta decimarum fundatam intentionem intra limites ſuæ diœceſis, ut dixi ſuprà *n. 35.* attamen ſine poſſeſſione non datur illi mandatum de manutenendo, Mareſcot. *dict. lib. 1. c. 11. n. 17.* Seraphin. *d. deciſ. 1449.* Poſt. *dict. obſervat. 45 n. 55.* ſed probata quaſi poſſeſſione
41 eidem manutentio conceditur, Seraphin. *deciſ. 1380. num. 1.* Rota *deciſ. 402. part. 2. recentior.* † Sicut etiam in materia quarumcunque decimarum Rota non
36 dat mandatum de manutenendo propter Iuris communis aſſiſtentiam, niſi probata etiam quaſi poſſeſſione, Beltramin. *ad Greg. XV. dec. 312. in fine,* Poſt. *d. obſerv. 45. num. 42.*

ALLEGATIO CXXVIII.

Epiſcopis, & Prælatis inferioribus debita obedientia an poſſit à ſubditis præſcribi.

SUMMARIUM.

1 *Obedientiam Epiſcopis, & Prælatis debitam ſubditi præſcribere non poſſunt.*
2 *Obedientia numeratur inter jura Epiſcopalia.*
3 *Præſcriptio omnis extinguens omninò obedientiam Epiſcopo diœceſiano jure communi debitam, indiſtinctè prohibetur.*
4 *Præſcriptio quæ juri, ſeu bono publico nocet, repugnantiam, confuſionem, & inordinationem continet, prohibetur.*
5 *Præſcriptio per quam obedientia Epiſcopo debita non extinguitur, ſed transfertur ad alium, non excluditur.*
6 *Exemptionem à reverentia debitam Epiſcopo nemo in totum præſcribit.*
7 *Prælatus inferior poteſt præſcribere, ut ſua parochia præcedat Epiſcopum.*
8 *Exemptio extinctivè præſcribi non poteſt, ſed tranſlativè.*
9 *Populus non exemptus Abbatiæ exemptæ præſcribere poteſt contra Epiſcopum exemptionem.*
10 *Obedientia quæ jure ſpeciali debetur, poteſt præſcribi.*
11 *Præſcriptio etiam immemorialis non poteſt extinguere omninò obedientiam Epiſcopo diœceſano jure communi debitam.*
12 *Epiſcopalia jura licèt regulariter præſcribi poſſint, nonnulla tamen excipiuntur ſpeciatim jure prohibita.*
13 Cap. cùm olim. il 2. de privileg. *declaratur.*
14 Cap. cùm perſonæ, verſ. ſi autem, de privil. lib. 6. *declaratur.*
15 *Subditus Eccleſiæ Romanæ, & ab Ordinarij Epiſcopi ſubjectione exemptus ut quis per præſcriptionem dicatur, quæ requirantur, oſtenditur.*

OBEDIENTIAM Epiſcopis, & Prælatis debitam ſubditos præſcribere non poſſe probat text. *c. cùm non liceat,* ibi, *præſcriptione non obſtante, de præſcr.* ubi gloſſ. & DD. tradunt, *gloſſ. 4. in cap. auditis. eod. tit. gloſſ. ult. in c. cùm inter, de conſuetud. gloſſ. verb. conſuetudine, in c. 2. de Pœnit. & remiſſ. lib. 6* Rot. *deciſ. 1. de præſcript. in novis, aliàs 339.* Alter. Alex. & Iaſon. *à n. 9. in l. Is qui putat. Digeſt. de acquirend. hæred.* latè Balb. *de præſcrip. 1. p. c. 5. à n. 91.* Pereg. *de jure fiſci lib. 6. tit. 8. n. 9.*

Obſtat tamè quod obedientia numeratur inter Iura Epiſcopalia, *c. conquerente, de offic. Ordin.* igitur præſcribi poteſt juxta *c. cùm olim, cap. auditis, de præſc.* Rurſus obſtant *c. cùm olim 2. ad fin. de privileg. c. cùm perſonæ. eod. tit. in 6* ubi omnimoda exemptio à poteſtate, & ſubjectione Epiſcopi, & ita ab obedientia ejuſdem poteſt præſcriptione comparari. Accedit, quia ratio, quam text. *in d. c. cùm non liceat, in princ.* ſentit, non videtur ſufficiens, imò nec vera; licèt enim ſubditus contra Epiſcopum præſcribat obedientiam, non propterea recedit à capite, cùm adhuc maneat ſubjectus Rom. Pont. qui exiſtit Vicarius Chriſti Domini, qui eſt caput omnium Eccleſiarum, juxta illud Pauli *ad Epheſ.* ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, *Clem. 1. in princ. de jure jur.*

3 Verùm, ut quæstio breviter resolvatur, sequentem constituo conclusionem. *Omnis præscriptio extinguens omninò obedientiam Episcopo diœcesano à subdito jure communi debitam, indistinctè prohibetur.* Pa-
4 tet conclusio, siquidem † omnis illa præscriptio prohibetur, quæ juri, seu bono publico nocet, repugnantiam, confusionem, & inordinationem continet, & nervum Ecclesiasticæ disciplinæ infringit, ut constat ex *l. præscriptio, C. de operibus publ.* juncta *l. 1. ff. de usucap. c. licèt, in princ.* ibi, *confusio nasceretur*, 16. *q. 3. d. cap. cùm inter*; sed † præscriptio omninò extin-
5 guens obedientiam Episcopo diœcesano à subditis jure communi debitam est ejusmodi, quia maximè nocet juri, & bono publico, quod in subditorum obedientia consistit, *cap. sciendum, vers. obedientia*, 8. *quæst. 1. c. ultim. in princ.* 23. *quæst.* 1. Insuper continet repugnantiam, confusionem, & inordinationem, dum membrum suo capiti non obtemperat, sed ab eo recedit, & quis acephalus efficitur, *cap. nulla*, 93. *distinct.* & qui subditus est, superiorem non agnoscit per obedientiam, quæ versatur in exequendis superiorum præceptis, & est de intrinseca ratione superioritatis, ex latè adductis per S. Thom. 2. 2. *q.* 104. *art.* 1. Sylvest. & Summistas *verb. obedientia*, in quo manifesta repugnantia, confusio, & inordinatio cernitur, & tandem infringitur vis & nervus potestatis Ecclesiasticæ, dum Episcopis, qui propriè sunt Prælati, & superiores Ecclesiastici, subtrahitur obedientia sine qua inanis est potestas, quæ in imperando consistit, *l. potestatis, in princ. ff. de verb. significationib.*

6 Dixi in conclus. *omnis*, ut ita includatur etiam immemorialis, & cum titulo, ut infrà ostendetur. Dixi etiam, *omninò extinguitur*, ad excludendam præscriptionem, per quam obedientia Episcopo debita non extinguitur, sed transfertur ad alium, qui in subditis Episcopi eandem præscribit, vel cui ipsimet subditi se subjiciunt quoad illam, quia exemptionem à reverentia Episcopo debitam nemo in totum præscribit, ut per Fel. *in cap. si diligenti, n.* 24. *de foro compet. & in c. cùm inter, num.* 3. *de re jud.* Castr. *in l. sed si hac, §. patronum, num* 4. *ff. de in jus vocando*, Rom. *sing.* 482. Henric. Bottæ. *de synodo p.* 3. *n.* 47. *cum seqq.*
7 † in partem tamen præscribi posset, v. g. quod Prælatus inferior in sua Parochia præcedat Episcopum, Felin. *in d. cap. cùm non liceat, col.* 1. Balb. *de præscript. 1. p. partis princ. q.* 12. *n.* 6. *in fine*, quos refert Erasm. à Cochiet *de jurisd. Ordin. in exemptos, p.* 1. *q.* 6. *n.* 16.
8 & ita † exemptio extinctivè præscribi non potest, sed translativè, Mil. *in repert. verb. præscribi non potest exemptio.* Roman. *cons.* 239. Butr. *in dict. c. auditis, col.* 7. *vers. oppono quod non possit*, *de præscript.* Balb. *d.*
9 *q.* 12. *n. sub fin.* Unde † populum non exemptum Abbatiæ exemptæ præscribere posse contra Episcopum exemptionem, ut subsit Abbatiæ exemptæ, tradunt Abb. *in d. cap. cùm non liceat, n.* 17. Caccialup. *in tract. de unionib. art.* 3. *n.* 20. *cum seqq.* Erasm. à Cochier *d. quæst.* 6. *num.* 20.

10 Adjeci, *Iure communi debitam*, ut excludatur ea, quæ jure speciali debetur, quam tex. *in d. c. cùm non liceat*, & ratio prædicta non includit. Sic sanè hanc conclusionem satis probat *d. c. cùm non liceat*, cujus verba in principio, ibi, *à capite membra recedere*, intelliguntur de recessu totali, & absoluto, per quem omninò tollitur obedientia: sicut etiam verba illa, *obedite sibi tanquam Episcopo vestro*, & ibi *sicut alij clerici suæ diœcesis*, significant textum agere de obedientia jure communi debita Episcopo diœcesano, cui clerici, & Ecclesiæ totius diœcesis jure communi subjiciuntur, & obedire tenentur, *c. omnes Basilicæ* 16. *q.* 7. *d. c. cùm personæ, ad fin. de privil. lib.* 6. observant *gl.* 2. & omnes *in d. c. cùm non liceat.*

11 Sic similiter conclusio prædicta, & text. *in d. c. cùm non liceat*, procedunt etiam in præscriptione immemoriali, ut satis deducitur ex ratione præhabita, & ex verbis illius text. quæ in proposito simpliciter, & absolutè præscriptionem rejiciunt, ac subinde nec immemorialis locum habet, & ita notant Rot. *ubi suprà*, & alij, ut per Aret. *in d. l. is qui putat, n.* 3. Pro quibus efficaciter urget, quia in terminis *d. c. cùm non liceat*, Ius commune (quo Episcopi in subditos suæ diœcesis fundatam habent intentionem, *d. c. cùm personæ, ad finem*) est contra subditos præscribentes, & pro Episcopo contra quem præscribitur, & consequenter licèt præscriptio non esset prohibita, non fuit admittenda, nisi vel quadraginta annorum cum titulo, vel immemorialis juxta *c.* 1. *de præscript. lib.* 6. observant in specie Paris. *in d. c. cùm non liceat, n.* 46. Bald. *ubi suprà, n.* 94. & alij, igitur dum *d. c. cùm non liceat*, præscriptionem prohibet, necessariò intelligi debet illa, quæ aliàs semota prohibitione fuit admittenda, & ita etiam de immemoriali, quicquid contradicant Oldrad. *cons.* 172. *post princ.* post alios Ias. *ubi suprà, à num.* 10. quorum fundamenta facilè solvuntur ex dictis præallegatâ allegat.

Nec retenta prædicta conclusione obstant argu- 12
menta suprà in princ. adducta, nam ad primum ex mente *gloss.* 4. *in d. c. auditis*, Bellam. & aliorum *in d. c. cùm non liceat*, Ioan. Andr. Domin. & Franc. *in d. c. cùm personæ, vers. si autem*, respondetur fatendo jura Episcopalia ut plurimùm præscribi posse, non tamen omnia, quia excipiuntur nonnulla speciatim jure prohibita, in quibus diversa ratio, & gravissimum præjudicium ita suadet, ut *in cap. cùm ex officij, de præscript.* & similibus, unde licèt subditi præscribere possint exemptionem, & libertatem à nonnullis oneribus, in quibus subjiciuntur Episcopo, juxta *dict. cap. auditis*, cum similibus: non tamen præscribere valent exemptionem ab obedientia, de qua hîc quippe quæ præscribi prohibetur propter gravissimum præjudicium, & absurda suprà relata, quæ in aliis juribus præscribendis non reperiuntur, & in eis non tollitur intrinseca ratio superioritatis, nec membra à capite recedunt, ut in proposito contingit.

Nec item obstat *dict. c. cùm olim il* 2. *de privileg.* 13
quia cum Paris. *dict. num.* 42. Balb. 1. *part. q.* 5. *num.* 92. & communiter ex Aret. *in d. l. is qui putat, n.* 3. *ff. de acquirend. hæred.* respondetur illum non agere de præscriptione per quam ejusmodi obedientia omninò extinguitur, ut in terminis *dict. c. cùm non liceat*, sed per quam ab Episcopo transfertur ad Ecclesiam Romanam, cui se Monasterium subjecerat. Qui intellectus satis suadetur ex *d. cap. cùm olim, vers. nos igitur*, ibi, *exprimebant jus nostrum*, & ibi, *in nos lasio Monasterij redundaret*; siquidem Pontifex *in vers. quia verò*, admittit præscriptionem continentem idipsum, quod privilegia concedebant; at privilegiis concedebatur exemptio à subjectione Episcopi, ita ut monasterium quoad illam subjiceretur Ecclesiæ Romanæ.

Sic sanè text. *in dict. cap. cùm personæ, vers. si au-* 14
tem, ex omnium sententia ibi, similiter procedit in ea præscriptione, quæ secundùm jus commune admitti potuit contra obedientiam, & subjectionem Episcopi, & sic in ea per quam quis ita eximitur ab Episcopo diœcesano, ut obedientia illi debita non extinguatur, sed per præscriptionem acquiratur alij, cui se subditi subjecerunt: pro quo intellectu facere videntur verba illius textus, quæ expendit Paris. *in dicto capite Cùm non liceat*; facit text. *in dicto cap. cùm ex officij, de præscript.* ibi, *quamvis alius*, &c. nam ubi per præscriptionem obedientia Episcopo debita requiritur, alij in quem transfertur, propriè loquendo subditus non præscribit obedientiam, quam non extinguit; sed alius illam præscribit

bit in subditis contra Episcopum,& in ejus præjudicium,juxta gloss.*verb.præscripsisset,in dict.cap. cùm olim*,cum similibus,ac subinde manet obedientia,& subditi non sunt acephali , nec absolutè recedunt à capite, immò recognoscunt illum , cui se in locum Episcopi subjecerunt. Sic similiter notabis quod ad effectum, † ut quis per præscriptionem dicatur subditus Ecclesiæ Romanæ , & ab Ordinarij Episcopi
15 subjectione exemptus , requiritur quod ab ipsa Ecclesia Romana habitus sit,& tractatus tanquam subditus immediatus quoad illa , in quibus Episcopo subjiciebatur ; & ita Ecclesia Romana per præscriptionem acquirat subjectionem specialem;nec sat est quod tractetur tanquam subditus quoad universalem subjectionem , quam attento jure absque præscriptione Ecclesia Romana habet in omnes fideles, ut bene advertunt ex mente aliorum Felin. *in dicto cap.cùm non liceat,n.* 12. *ad finem*, Paris.*n.*45.Balb. *ubi suprà,n.*93.Castal .*de Imperat. quæst.*54.*n* 6. Pro quibus facit,quia aliter cùm ejusmodi subjectiò universalis semper maneat , semper admittenda esset præscriptio contra obedientiam Episcopo debitam, & ita esset illusoria prohibitio *dicti cap. cùm non liceat*, juvat *dictum caput cum olim*,ubi *in vers.quia verò*, juncto *vers.nos igitur*,agit Pontifex de exemptione & præscriptione , per quam Ecclesia Romana acquirebat jus , quod tolli poterat , & eo sublato ipsa Ecclesia Romana læsionem incurrebat : id quod intelligi non potest de subjectione universali, quæ per exemptionem , vel præscriptionem non acquiritur Ecclesiæ Romanæ , nec ab eadem ullatenus tolli potest, juxta *caput* 1. *in* 2. *distinct*. cum vulgaribus.

ALLEGATIO CXXIX.

Episcopi visitatio an præscribi possit.

SUMMARIUM.

1 *Visitatio præscribi non potest.*
2 *Episcopus si aliquam Ecclesiam à se generaliter eximat, non potest visitationem, & correctionem à se abdicare.*
3 *Contraria opponuntur.*
4 *Visitatio illa propriè dicitur quæ Ordinariis Ecclesiasticis ad correctionem subditorum,& reformationem Ecclesiarum jure incumbit.*
5 *Visitatio aliquando competit jure communi , aliquando jure speciali.*
6 *Visitatio jure communi competit Episcopis intra diœcesim, Archiepiscopis etiam intra provinciam & Legato Apostol.*
7 *Visitatio competit etiam aliis, qui consuetudine, privilegio,fundatione,vel Ecclesiæ restitutione, seu aliàs jus habent visitandi.*
8 *Præscriptio contra visitationem multis modis contingere potest, aliquando absolutè illam extinguendo , aliquando verò transferendo.*
9 *Præscriptio tollens omninò visitationem jure communi injunctum , meritò prohibetur , quamvis admittatur , quæ illam transfert, vel alij accumulat.*
10 *Præscriptio omninò visitationem tollere quare prohibeatur ostenditur.*
11 *Præscriptio quæ transfert visitationem , vel alij accumulat , nullo jure prohibetur.*
12 *Consuetudo visitandi in præjudicium Episcopi debet esse præscripta saltem spatio* 40. *annorum.*
13 Cap. cùm ex officij,de præsc. *declaratur.*

VISITATIONEM præscribi non posse probat 1
text. *in c.cùm ex officij*, ibi, *nec contra visitat. de præsc.*tradunt *gl.*2.*in c.irrefragabili, de offic.Ordin.*Host *in sum.de offic. Arch.n.*5. Marian.*de Visit.* 2
*à n.*19. Bernard.*reg.*604.quia †nec Episcopus si aliquam Ecclesiam à se generaliter eximat,potest visitationem & correctionem à se abdicare,ut post Fed. *c.*111.*n.*4.refert Rot.*in Abul.juris visitandi*,28.*Junij* 1660 coram Greg.XV.impressa per Farin.*dec.*30. *n.*7.*p.*2.*recen.*ubi hoc intelligit in Ecclesia jam constructa,& fundata,secus autem in fundatione.

Sed obstat quod jura Episcopalia præscribi pos- 3
sunt *c.auditis,c.cùm olim,de præscr.*cum latè traditis *sup.alleg.præced.*igitur & visitatio præscribetur,quippe quæ est de juribus Episcopalibus,*c.conquerente de offic.Ordin.*Nec satisfacit ratio gloss. *verb.visitat. in d.c.cùm ex officij*, existimantis visitationem cõtinere obedientiam,quæ Prælatis debetur,ac subinde præscribi non posse,juxta *c.cùm non liceat,de præsc.* refellitur enim,tum quia obedientia,& subjectio hujusmodi non magis cernitur in visitatione , quàm in coërcitione debitorum in institutionibus,& reliquis juribus Episcopalibus,quæ præscribuntur,ut satis deducitur ex *c.*2.*in princ.*ibi, *in scrutiniis,bapt.& sim. subject.postulans,de capellis Mon.*juncto *dict.c. auditis,vers.quia*;tam etiam,quia Abb.de quibus *in d. c.cùm ex officij*,licèt ab Archiepisc. non visitarentur, in reliquis tamen omnibus agnoscebant,& non subtrahebant obedientiam Metropolitano debitam. Et tandem quia *d.c.cùm non liceat*,agit de præscriptione, per quam directè , & absolutè tollitur obedientia;non verò de illa obedientia,quæ per indirectum cernitur in hoc , vel illo actu particulari , alioquin nullum Ius Episcopale præscribi posset,cùm in omnibus obedientia, & subjectio per indirectum considerari valeat.

Quare pro terminorum cognitione *primò* advertendum duxi , quod licèt visitatio , sicut & verbum *visitare* multipliciter accipiantur , tam apud bonos Auctores,quàm in sacris litteris,ut constat ex Calepino, Thesauro, & aliis, Marian. *de visitat.in princ.* nihilominus tamen ex mente Iuris *in d. c. Conquerente,de officio Ordin.& c.*1.§.*ult. & per tot.de cens. l.*6. cum aliis, visitatio quatenus spectat ad Pastores Ecclesiarum, describi potest,ut sit illa,quæ Ordinariis Ecclesiasticis ad correctionem subditorum, & reformationem Ecclesiarum Iure incumbit.

Secundò,advertendum est hanc visitationem, vel 5
jus visitandi ad morum,& Ecclesiarum reformationem aliquando competere jure omnium, aliquando verò jure speciali. Priori modo † competit Episcopis intra diœcesim,*d.capite conquerente,c.cùm vene-* 6
nerabilis,21.*de censibus*,item & Archiepiscopis Metropolitanis non tantùm intra suam diœcesim , sed etiam intra provinciam quoad diœceses Suffraganeorum,ut *in d.c.cùm ex officij,& in cap. sopita* 14. *& in c.cùm nuper*,25.*de cens.c.*1.*eod.tit.in* 6.quamvis Suffragaṇei non sint negligentes,*cap.ult.de cens. in* 6.prosequitur Marian.*ubi sup.n.*7. *vers. tertiò, & n.*8.*vers.quartò* Rusæ.*de præeminentia Archiep.dignitatis,priv.*16.communis contra gl.*verb. consuetud. in d.cap. cùm ex officij*,& contra *gloss.in d. cap.cùm nuper*,quæ tamen loquuntur ante tempora *d.c.ult.*dicet hodie id temperatum sit per Conc.Trid *sess.*24. *de ref.c.* 3. competit etiam hoc priori modo Legato Apost.qui Ordinarius est,*cap.*2. *de officio Legati*, & ita visitat, *cap. procurationes* 23. *in princ.* ibi , *Sedis Apostol. Legatis,de censib.*† *Secundò* competit aliis, 7
qui consuetudine, privilegio, fundatione,vel Eccle-

siæ institutione, seu aliàs jus habent visitandi, ut etiam sunt Archidiaconi, *cap. mandamus, de officio Archid.* ubi gloss.& Doctores, *gloss.1.cap.cùm satis, eod.tit.* communis, ut per Marian.& alios citatos à Sarmient, *lib.3.select.c.ult.* qui tamen veriùs putat etiam in terminis Iuris communis, visitationem Archidiacono competere, juxta quæ intelliges *dict. cap. procurationes*, dum de Archidiaconis agit, & Conc.Trid. *d.c.3.vers. Archidiaconi.*

8 *Tertiò* advertendum præscriptionem contra visitationem Iure communi, vel speciali competentem multis modis contingere posse, aliquando absolutè, extinguendo, & tollendo omninò visitationem ipsam, ita ut subditi jam amplius à nemine visitentur; aliquando verò non tollendo, nec extinguendo, sed transferendo visitationem, vel jus visitandi ad aliũ, ita ut maneat quidem visitatio, sed tamen non is, ad quem pertinebat, sed alius visitet, & tandem aliquando non tollendo, nec transferendo, sed accumulando, ita quod maneat visitatio penes illum ad quem spectabat, sed tamen non sit penes illum solum, sed per præscriptionem alius eidem in visitatione accumuletur, ut colligitur ex *dict. cum ex officij*, cum *ibi* traditis per Doctores.

9 His ita præmissis quæstio sub hac unica resolvitur conclusione: *Præscriptio tollens omninò visitationem Iure comuni inmjunctam, meritò prohibetur, quamvis admittatur, quæ illam transfert, vel alis accumulat, sicut etiam admittitur, quæ omninò tollit visitationem Iure speciali competentem.*

10 Probatur conclusio quoad priorem ejus partem: nam meritò prohibetur præscriptio impediens morum correctionem, & Ecclesiarum reformationem, argum.*c.cùm inter, & c.ex parte, de consuetud.* cum aliis, quippe quæ cedit in damnum publicum, & ex ea proveniunt multò majora mala in Republ. quàm sit bonum vitandi lites & incertitudinem dominiorum, pro quibus bono publico introducta fuit præscriptio, *l.1.ff. de usucap.* seu præscriptio omninò tollens visitationem injunctam Iure communi impedit morum correctionem, & reformationem Ecclesiarum, & ita obviat bono publico, quod per visitationem prætenditur, ac subinde majora mala proveniunt; igitur, &c. Iuvat *d. c. irrefragabili, in princip.vers. ut autem, cap. ad nostram, de appellat.* Quare ita tenent Molin.*de justit.tract.2. disput. 79. versic.obedientia & disp 85.lit. A, in fine*, Erasm. à Cochier *de jurisd. Ordin. in exemptos, part.3.q.27. ante num.1.*

11 Posterior verò pars suadetur, quia præscriptio illa admittenda est, quæ nullo Iure prohibetur, nec impedit morum, aut Ecclesiarum reformationem, nec aliàs obviat bono publico, *dict.l.1.* sed præscriptio, quæ transfert visitationem, vel alij accumulat, sicut etiam omninò tollens illam, quæ competit jure speciali, multo jure prohibetur, morum, & Ecclesiarum reformationem non impedit, nec bonum publicum offendit, cùm adhuc maneat visitatio facienda ab eo, in quem transfertur, vel accumulatur, vel etiam ab ipso, cui jure conjungitur, penes quem etiam sublata visitatione jure speciali competenti remanet visitatio juris communis, per quam bonum publicum reparatur. Ergo. Hanc conclusionem recipiunt in effectu omnes *in d.c.cùm ex officij*, Host.& suprà citati, expendentes, quod in visitatione juris communis, de qua in illo text. versatur jus publicum, contra quod præscriptio admitti non debet, argum. *l.præscriptio, C.de operibus publ. & l.ult in princ.ff.de usucap.* sequitur quoad istam partem Rot. *in nullius de Covarruvias 16. Mart 1612.* coram *R.P.D. meo Pirovano*, impressa per Farin. *dec.394. n.2. part.1.recent.*

12 ubi etiam fuit dictum, quod † consuetudo visitandi in præjudicium Episcopi debet esse præscripta saltem spatio 40.annorum, & satis eandem conclusionem probat † *dict.cap. cùm ex officij*, quod agit de visitatione Iure communi competente, qualis est illa, quam Archiepiscopus exercet in provincia, & dicit contra visitationem hanc præscribi non posse: quæ verba intelliguntur de præscriptione, quæ ex diametro opponitur, & omninò tollit visitationem, hæc enim præscriptio propriè & absolutè loquendo dicitur contra visitationem: cùm verò Pontifex subjungit, *quamvis alius contra eandem præscribere possit*, apertè significat admitti præscriptionem per quam transfertur, vel accumulatũ visitatio, quia talis præscriptio absolutè loquendo non est contra visitationem, quam non tollit, sed contra Prælatum, cui præjudicat, juxta quem sensum verba illa text. *aliquo modo*, non sunt intelligenda de modo per quem præscribatur transferendo, vel accumulando, sed de modo per quem præscribitur contra visitationem, scilicet tollendo, & extinguendo illam; nam quoad hoc nullus modus præscriptionis admittitur, veluti si præscribatur sine titulo, vel cum illo, per tempus quadraginta annorum, vel ulterius, & similes, qui omnes ad tollendam visitationem jure communi conjunctam nullatenus prosunt. Sic planè tollitur argumentum, de quo suprà; licèt enim jura Episcopalia præscribi non prohibeantur, quia per illorum præscriptionem non ita præjudicatur bono publico, sed magis Episcopo contra quem præscribitur; nihilominus tamen visitatio jure communi competens præscribi prohibetur ob gravissimum Reipub. detrimentum, quod ea sublata sequeretur.

ALLEGATIO CXXX.

Episcopis debita procuratio ratione visitationis an præscribi possit.

SUMMARIUM.

1 *Procuro accipitur pro sustento, & procuratio pro sustentatione.*

2 *Procuratio in Iure Canonico dicitur sustentatio, vel refectio illa, quæ Ordinariis ratione visitationis, vel Legatis Apostol. jure legationis debetur.*

3 *Procurationes ab Ecclesiis visitatis præstandas esse Episcopis & Archiepiscopis visitantibus, quanam ratione lex Canonica constituerit, ostenditur.*

4 *Episcopi ut ad Synodum celebrandam allicerentur, statutum fuit ut Cathedraticum in honorem Cathedræ solveretur ab omnibus vocatis ad synodum.*

5 *Præscriptio omnis prohibetur contra procurationem ratione visitationis Iure communi debitam, manente visitandi onere.*

6 *Procurationes, quæ ratione visitationis jure aliquo speciali debentur, præscribi possunt.*

7 *Procuratio manente visitandi onere præscribi non potest, secus in simul cum illo.*

8 *Præscriptio an admittatur de Iure communi contra partem procurationis: & quid retento Concil. Trid.*

9 *Procuratio ratione visitationis jure communi debita non potest præscribi immemoriali præscriptione, manente visitandi onere.*

10 *Procuratio respectu modi potest præscribi.*

11 *Procu-*

11 *Procuratio futura licèt præscribi non possit, potest tamen præscribi præterita, id est annorum præteritorum.*

1 PRo terminorum cognitione, & faciliori hujus quæstionis resolutione, *Primò* advertendum duxi, quod ultra alias acceptiones, dequibus per Calepin. Thesaur. & alios, verbum *procuro*, accipitur pro *sustento*, & *procuratio*, pro *sustentatione*, ut ex aliis observant idem Calepin. & Thes. in quo sensu frequenter Iure Canonico procuratio importat sustentationem, quæ aliquando prandium, aliquando convivium, vel refectio dicitur, de qua passim *in titulis de censibus, in Decretalibus, & Clemẽtinis*: licèt autem juxta hanc acceptio-
4 nem variæ in Iure reperiantur procurationes, quæ variis de causis debentur, ut colligitur ex *gloss. ult.* & D. D. *in c accedentes, de præscript*, & ex tex. ubi gl. *in c. procuratione, de censib. Clem. 2. vers. ipsis, illo tit.* Mariã.
2 *de visit. n.* 33. frequentiùs tamen, & passim apud Pontifices † procuratio dicitur sustentatio, vel refectio illa, quæ Ordinariis ratione visitationis, vel Legatis Apost. jure legationis debetur: de priori agit *c. conquerentes, de offi. Ordin. d. c. procuratione, c. cùm ex officij, de præsc.* de posteriori verò text. *in d. c. accedentes, & in c. cùm instantia, de cens. & in Clem. 1. eod. tit.*

3 *Secundò* advertendum est, valde dubium esse, quanam ratione lex Canonica constituerit procurationes ab Ecclesiis visitatis præstandas esse Episcopis & Archiepiscopis visitantibus, quibus pro spiritualium administratione ad congruam eorumdem statûs, & onerum substentationem assignantur redditus opulenti, qui pro his omnibus satis sufficiunt, arg. *c. cùm ab omni, vers. nos, de vita, & honest. cler.* varias congerit Marian. *ubi sup. n.* 37. inter quas probabilior videtur illa, quæ colligitur ex *d. c cùm ex officij, vers. quia secundùm, & ex c. si Episcopus, de offic. Ordin. lib. 6.* scilicet quod cùm visitantes spiritualia seminent in utilitatem Ecclesiarum quas visitant, meritò ab eisdem præstantur procurationes, & ita temporalia in sustentationẽ, licèt enim redditus Episcopatûs, vel Archiepiscopatûs sufficiant etiam ad hujusmodi opus visitationis peragendum, nihilominus lex Canonica prudenter intellexit, ne cõtemnatur negotium bono publico maximè conveniens, sed facilius expediatur, ut visitantes magis alliciantur, & ne pertimescant difficultatem in victualibus de loco ad locum deferendis, aut in eisdem inquirendis per Episcopatum, vel provinciam, satius, & utilius esse procurationes visitantibus solvi, ut sic toti incumbant visitationi, & proventus illi quos interim non expendunt, cedant in alios usus, & necessitates communes, ut bene considerant Abb. *in d. c. cùm ex officij, n. 9. & in d. c procu-*
4 *rationes, n.* 5. Marian. *ubi suprà* & alij. Sic in simili † ut Episcopi ad Synodum celebrandam alliciantur, statutum fuit ut Cathedraticum in honorem Cathedræ solveretur ab omnibus vocatis ad Synodum, unde & Synodaticum dicitur, pro quo duo solidi persolvi jubentur, *d. c. conquerente*, ubi gl. & Doctores, *c. placuit*, 10. *q.* 3. Bottæ. *de Synodo, num.* 38. & 81. Covar. *de numism. & c.* 3. § 2. *n.* 8.

5 Quibus sic præmissis quæstio sub unica resolvitur conclusione. *Contra procurationem ratione visitationis Iure communi debitam manente visitandi onere, prohibetur omnis præscriptio.* Probatur, nam omnis præscriptio tollens visitationem jure communi injunctam, meritò prohibetur, ex adductis *sup. all.* 119. at præscriptio contra procurationem ratione visitationis Iure cõmuni debitam saltem Iuris præsumptione tollit in effectu visitationem ipsam, quam Ordinarij præsumuntur negligere, & omittere, admissa præscriptione contra procurationem, quæ ad visitationem peragendam jure instituitur. Igitur, &c. & ita hanc rationem satis præsentit Pontifex *in d. c. cùm ex officij, de præsc.* dum dicit contra procurationem ratione visitationis debitam præscribi non posse; quemadmodum nec contra visitationem ipsam. Eandem rationẽ probant omnes ibi, advertentes procurationem esse annexam visitationi, ac subinde de illa, & de ista circa præscriptionem idem esse judicium, arg. *c. supereo, de parochiis.*

Dixi in conclus. *Iure communi debitam*, quia de 6
hac agit *d. cap. cùm ex officij*, & ita excluduntur procurationes, quæ ratione visitationis Iure aliquo speciali debentur, contra quas non prohibetur, sed admittitur præscriptio, per quam manente procuratione debita Iure communi, non tollitur, nec efficitur inutilis visitandi potestas, & ita observant post Imol. Gardin. & alios, Felin. *in d. c. cùm ex officij, n.* 15. Marian. *de Visit. n.* 54. Bernard. *reg.* 604. *vers. sextò.* Iuvat illud vulgare, quia facilius tollitur id quod competit jure speciali, quàm quod Iure communi nititur, *l. ejus*, §. *militiæ, ff. de milit. testamento.*

Adjeci, *manente visitandi onere*, quia eo manente 7
prohibetur præscriptio, & viget inconveniens de quo supra, aliàs enim (nisi aliud obest) insimul cum visitandi onere procuratio præscribi potest, quia non tollitur, nec impeditur tunc visitatio, quæ à præscribente exercenda est: in quem sensum possunt accipi verba *d. cap. cùm ex officij*, ibi *quamvis alius contra eundem præscribere possit utramque*, nam cùm Pontifex ibi incipiat à procuratione, de qua erat controversia, meritò dictio illa, *utramque*, intelligenda est de utraque insimul, id est, procuratione, & visitatione, non verò de una, vel altera per se, quia procuratio absque visitatione non præscribitur, licèt incipiendo à visitatione possit illa absque procuratione præscribi, secundùm gloss. *in fine, in reg.* 15. *de regulis Iuris lib.* 6. Fel. *in cap. auditis, n.* 10. *de præscript.* Gabr. *com. tit. de præscript. concl.* 2. *n* 4.

Intellige *primò* conclusionẽ procedere, ac proindè 8
prohibitam esse præscriptionem contra procurationẽ, ut supra, ratione visitationis debitam, sive totam, sive partem, veluti cum minuitur quantitas aliàs solvenda, juxta *c. cùm Apostolus, de censib. Extrav.* 1. *illo tit. inter communes*, idque intendit *gloss.* 1. *in fi. in c. relata* 10. *q.* 1. Abb. *n.* 13 & alij, ut per Fel. *n* 16. & Paris. *n.* 10. *in d. c. cùm ex officij*, & suadetur ex illo tex. ibi, *quæ ratione visitationis debetur*, siquidem procuratio, quæ debetur ratione visitationis, est illa integra, de qua *in d. c. cùm Apostolus*, & rursus ex eodẽ text. ibi, *nec contra visitationem ipsam potest aliquo modo præscribi:* nam aliquo modo præscribitur contra procurationẽ, si quoad aliquam ejus partem admittatur præscriptio. Iuvat & ratio suprà expensa *in vers. Secundò advertendum*; sicut enim omittitur, & negligitur visitatio admissa præscriptione contra totam procurationem: ita etiam si contra partem illius notabilẽ admittatur, manente residua, quæ fortasse minima, cum non sufficiat Ordinarius de suo expensurus, à visitatione retardabitur, & consequenter cùm eadẽ sit ratio in parte, quæ in toto, idem utrobiq; dicendum est, arg. *l. quæ de tota ff. de rei vendic.* Ex quibus hæc sententia non est improbabilis, licèt DD. communiter *in d. capite cùm ex officij, & alibi*, ut per eundem Abb. *n.* 13 & Fel. *d. n.* 16. *in princ.* ac Marian. *de visit. n.* 47. & 55. & alij cõtradicant, admittentes præscriptionẽ contra partem procurationis, quorum opinio non probatur hodie per text. *d. Extrav. verb. nostræ*, ut existimant Fel & Paris. *cit. locis.* quia text. ille non approbat præscriptiones minuentes procurationem, de qua ibi, sed cõsuetudines, in quibus lõgè diversa videtur ratio, ex infrà dicendis; & insuper versiculus ille inferri potest ad consuetudinem alicujus loci, vel provinciæ, ut intendunt Abb. *n.* 17. post alios Par. *n.* 11. & omnes *in d. c. cùm ex officij*, Anch. & communis *in c. ult. de censib. lib.* 6. Marian. *ubi suprà, n.* 56. quorum sententia licèt

non

non probetur *in d.c.cùm ex officij*, quod de præscriptione, non verò de consuetudine agit, satis tamen probatur *in d. c. ult.* & suadetur ex ratione supra expensa, juncto *c. irrefragabilis, in princ.* ibi, *nulla consuetudo, de officio Ordinar.*

9 Verùm id hodie locum non habet ex Trid. *sess.* 24. *de reform.c.* 3. *vers. in his verò*, qui text. de consuetudine propria intelligendus est, juxta *tit. de consuet.* unde non habet locum in præscriptione, de qua *in d.c cùm ex officij*, tum quia decisio illa, tanquam exorbitans à Iure, *in d. c. vlt.* restringenda est ad consuetudinem propriam de qua loquitur, non verò extendenda ad præscriptionem, quæ ex proptietate sermonis differt à consuetudine, ut patet ex *tit. de præscription. & ex tit. de consuetud.* tum etiam, quia in consuetudine admittenda viget multò major, & longè diversa ratio, cum in ea detur frequentia actuum totius multitudinis, vel majoris partis, pro qua magis præsumitur, & cui magis favendum est, & insuper cùm consuetudo rationabilis esse debeat, *c ult. de consuet.* necessariò in ea supponitur ratio, seu causa aliqua justa, per quam cohonestatur, at verò in præscriptione, de qua *in d. cùm ex officij*, nec ratio ejusmodi requiritur, nec multitudinis, vel majoris partis, sed uniuscujusque singularis præscribentis actus supponitur.

Secundò intellige procedere etiam in præscriptione immemoriali, ut probat expressè text. *in d. c. cùm ex officij*, nam Abbas & Prior, de quibus ibi, colligebant præscriptionem immemorialem, ut patet ibi, *cùm non meminerint*, &c. quam allegationem cum Pontifex tejecerit, ibi, *præmissam allegationem eorum nullam penitus reputantes*, apertè significatur in proposito non admitti præscriptionem etiam temporis excedentis hominum memoriam, ut observant Vincent. & antiquiores, Abb. *n.* 4 Paris. 3. Felin. *in princip.* & alij *in d.c.cùm ex officij*. Ioan. Andr. & Abb. *in c. cùm instantia, de censib.* Felin. *in c. accedentes, n.* 6. *vers. fallit tertiò, cum seq.* & *ibi* Paris. *n.* 13. *de præscript.* Duen. *reg.* 144. *ampl.* 3. Pro quibus facit etiam *dict. c. cùm ex officij*, ibi, *nec contra visitationem ipsam potest aliquo modo præscribi*; nam si admittitur præscriptio temporis excedentis hominum memoriam, utique aliquo modo præscribitur, id quod text. ille negat; unde ex his & aliis hæc sententia probanda videtur, quicquid contradicant Marian. *ubi suprà, n.* 52. & Abb. sibi contrarius *cons.* 26. *n.* 4. *lib.* 1.

10 *Tertiò* intellige præscriptionem in proposito non prohiberi respectu modi, ut scilicet procuratio potius in fructibus his vel illis, quàm in pecunia, vel è converso, seu juxta alium quemvis modum diversum præstetur, ut observant Doctores communiter *in d. c. cùm ex offi ij*, Marian. *ubi suprà, n.* 49. Bernard. *dict. reg.* 604. *vers.* 1. Iuvat gloss. recepta *verb. compositiones, Clem.* 2. *de censibus*, & quod habetur *in c. exigit, illo tit. lib.* 6. & apud Concil. Trident. *dict. cap.* 3. *vers. si tamen in potiore.*

11 *Quartò* & ultimò intellige procedere in prohibitione præscriptionis contra procurationem futuram, ne scilicet in futurum eximatur quis à solutione illius; admittitur tamen præscriptio contra procurationem præteritam, id est, annorum præteritorum, secundùm omnes *in d c. cùm ex officij*, quia cessat ratio suprà expensa *in vers secundò advertendum*, cùm nullum vertatur præjudicium visitationis, quæ jam pro illis annis præcessit, sed solius Ordinarij, cui quantitas solvenda est, contra quem præscribi posse apertè docet Pontifex, *in dict. cap. cùm ex officij*, ibi, *quamvis alius contra eundem.*

ALLEGATIO CXXXI.

Episcopatuum, seu diœcesum fines an præscribi possint.

SUMMARIUM.

1 *Fines dicuntur eo quòd finiunt aliquid; & termini, vel limites, quia terminant, & limitant.*

2 *Fines dupliciter considerantur, vel in quantum fines sunt, per quos prædia à prædiis distinguuntur, vel non in quantum fines sunt, sed in quantum solum, vel pars aliqua prædij ab illis occupatur.*

3 *Fines prædiorum etiam Ecclesiasticorum præscribi possunt.*

4 *Diœcesum, provinciarum, seu parochiarum fines præscribi non possunt, quia non privata, sed publica auctoritate constituti sunt, ut* num. 5.

6 *Præscriptio intra fines diœcesum, provinciarum, seu parochiarum admittitur ad effectum, ut præscribens intra illos obtineat jurisdictionem, vel jura Episcopalia, seu parochialia.*

7 *Fines ipsi præscribi non possunt ad effectum, ut desinant esse qui antea erant, & restringantur, ut alij extendantur, & sint ubi non erant.*

8 L. ult. C. de fundis limitroph. lib. 11. *declaratur.*

9 *Finibus diœcesum cohærentia præscribi non possunt.*

10 *Præscriptio etiam immemorialis prohibetur in præscribendis finibus diœcesum, provinciarum, & parochiarum.*

11 *Fines diœcesum quatenus fines sunt, & habent rationem finiendi, præscribi non possunt, nisi considerentur respectu soli, quod occupant quoad dominium & proprietatem ejusdem.*

12 *Præscriptio admittitur, ubi de finibus non apparet.*

23 *Episcopus contra Episcopum locum per se conversum ad Fidem triennio præscribit.*

14 Cap. 1. de præscript. *declaratur*, & n. 16. & 17.

15 *Opponitur contra communem textus intellectum, & respondetur numeris seqq.*

18 Cap. placuit, il 2. 16. q. 3. *declaratur, & concordatur* cum d. c. 1. de præscript.

ANTEQUAM ad præsentis quæstionis resolutionem deveniamus, sciendum est fines tam in Iure nostro, quàm apud bonos Latinæ linguæ auditores dici, eo quòd finiunt aliquid, sicut & termini, vel limites dicuntur, quia terminant, & limitant, unde actio finium regundorum, de qua *in tit. ff. & C. finium regundorum, & in c. ex litteris* 3. *de probat.* dicitur illa, per quam habentes prædia rustica confinia, petunt illorum fines regi, id est, decerni, & suis locis constitui, ut ex Hesiod. & aliis tradit Verrut. *verb. fines.* 1

2 Rursus sciendum est, hujusmodi fines dupliciter considerari, vel in quantum fines sunt, per quos prædia à prædiis distinguuntur; vel non in quantum fines sunt, sed in quantum solum, vel pars aliqua prædij ab illis occupatur, ut advertunt gl. magna & Doctores *in c. quia judicante, de præscript. & in c. quicunque*, 16. q. 3. priori modo dicuntur propriè, & principaliter fines, quia habent rationem finiendi, de quibus *in d. tit. finium regund.* & principaliter non censentur portio prædij, sed veluti qualitas ejusdem. Posteriori verò modo non dicuntur propriè fines, sed principaliter attenditur locus, vel pars prædij ab illis occupata, à qua denominantur, ut colligitur ex *l. locus* 60. *ff. de verb. signif. l. fines* 10. *de evict.*

Quibus

3 Quibus præhabitis ad quæstionem respondeo, quod licèt fines prædiorum etiam Ecclesiasticorum præscribi possint, *d.c. quia indicante*, cum latè traditis per Sylvest. *in sum. verb. præscriptio* 2. *n.* 6. Balb. *de præscript.* 1. *part.* 6. *n.* 8. *vers. decimus*, nihilominus † fines diœcesum, provinciarum, seu Parochiarum præscribi prohibentur *in cap. super eo, de parochiis, & in cap. quicunque, & in cap. licèt, cum sequentib.* 16. *quæst.* 3. resolvunt *gloss. ultim.* & communis, *in cap. cùm sine* 18. *de decimis*, gloss. magna, & omnes *in dict. cap. quia indicante*, gloss. etiam *in cap. cùm non liceat, de præscript.* post alios Balb. *ubi suprà*, Mich. Grass. *lib.* 3. *commun. verb. confines*, q. 8. Alciat. *in l. quinque pedum, num.* 23. *Cod. finium regund.* Parlad. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 1. §. 17. *num.* 3. Hieron. de Monte *de finibus regund. capite* 107. *num.* 2. Menoch. *cons.* 147. *num.* 44. secundùm quos ultra reliquas rationes, de quibus per gloss. *in dict. cap. quicunque*, illa potissima videtur, ne aliàs admissa in proposito finium præscriptione cum publico incommodo, oriatur confusio tam inter Prælatos, quàm inter subditos, ut intendit text. *in dict. cap. quicunque, & dict. cap. licet*, ibi, *ne per consuetudinem*, &c.

5 † quæ ratio satis defendi potest, si advertas fines diœcesum, Provinciarum, & Parochiarum, non privata, sed publica utilitate constitutos, & distinctos fuisse, *cap.* 1. 80 *distinct. cap.* 1. 15. *quæst.* 1. intendit text. *in dict. cap. super eo*, ibi, *Ecclesiastica ordinatione statutos*, Concil. Trident. *sess.* 14. *de reform. cap.* 9. *& sess.* 24. *de reformat. cap.* 13. *in fine*. Unde fines hujusmodi quatenus fines, sunt Iuris publici, publica auctoritate, & utilitate constituti, ut in simili probat *lex id quod* 7. §. 1. ibi, *limites, ff. de periculo, & commodo rei vend.* & consequenter immutabiles esse debent, & meritò præscribi prohibentur, ne aliàs privata cujusque præscribentis auctoritate sublatis antiquis, passim noe limites constituantur, & tam in jurisdictione, quàm in reliquis ad publicam utilitatem pertinentibus frequens detur occasio incertitudinis, & confusionis; id quod non ita contingit in finibus prædiorum, quia non publici, sed privati juris sunt, non publica, sed privata unuscujusque auctoritate, & voluntate instituuntur, & mutantur, *l.* 1. *Cod. finium regund. l. in finalibus, cum seq. ff. illo tit.* & confusio, quæ timeri potest, non ita principaliter publicum, sed magis privatum continet detrimentum. Sic sanè † licèt intra fines

6 diœcesis, Provinciæ, vel Parochiarum admittatur præscriptio ad effectum, ut præscribens intra illos obtineat jurisdictionem, vel Iura Episcopalia, seu Parochialia, ut colligitur ex reg. *cap. auditis, & cap. cum olim*, & clariùs *ex capit. ad aures, de præscript. cap.* 1. *illo titul. l.* 6 *gloss. ultim. in dict. cap. licèt dict. cap. quicunque, & dict. cap. quia indicante, in fine*, ubi Felin. *num.* 5. *in fine cum seqq.* post Abb. *n.* 6. *in dict. cap. super eo*; nihilominus tamen † fines ipsi præscribi non

7 possunt ad effectum ut desinant esse qui antea erant, & restringantur ut alij extendantur, & sint ubi non erant, quia ratio præ licta, & *dicti cap. quia indicante*, prohibitio non offenditur ubi manentibus finibus sicut antea intra illos præscribitur; nec obstat *dict. cap. cùm sint, vers. & attendendum*, satisfit enim ut per *gloss. ultim.* communiter receptam ex Cardin. *ibi*.

8 Amplia *primò* supradictam resolutionem ex sæpè citato *cap. quia indicante*, desumptam esse servandam etiam in finibus Regnorum, Comitatuum, vel statuum sæcularium, ut observant Paris. ibi, *n.* 17. Abb. *in dict. c. super eo, in fine*, Batt. Alciat. & Mich. Grass. *citatis locis*, expendentes text. *ult. C. de fundis limitroph. lib.* 11. qui tamen non agit de finibus hujusmodi, nec prohibet illorum præscriptionem, sed loquitur in præ liis limitrophis, seu limitaneis, qui assignabantur militibus limitaneis, id est dispositis, & constitutis per limites Regni, vel Provinciæ ad repellendos hostium incursus, ut ex aliis explicat Valasc. *de jure emphyt. part.* 1. *quæst.* 16. *n.* 11. ac subinde non proponitur illis, quod prædia essent limites, nec prohibetur præscriptio propter limites, sed propter milites, quibus erant assignata, & pro bono publico usucapi prohibita, ex ratione longè diversa, quam ex Lamprid. refert Alciat. *ubi suprà n.* 25. Nec item probatur hæc ampliatio ex text. *in nomine, col.* 2. *vers. bandalorum, ff. de officio Præfecti prætorio*, quia non agit de præscriptione, nec illam prohibet concurrentibus necessariis, ut intendunt post alios Henric. *in d.c. super eo, & in c. si diligenti, num.* 1. *de præscript.* Unde melius suadebitur communis ampliatio, arg. *dict. cap. super eo*, cum similibus, juncta ratione prædicta.

Amplia *secundò*, idipsum locum habere etiam in 9
iis, quæ cohærent finibus, de quibus hic, ut apertè probat text. *d.c. super eo*, ex quo ita colligunt omnes, gloss. & communis *in dict. cap. quicunque, & in dict. cap. cùm sint*, ubi Abb. *n.* 9. Bald. & Sylvest. *citatis locis* juvat reg. *l. quæ Religiosis*, 44 *ff. de rei vendicat.* expresse per Doctores *in cap. quanto*, per text. *ibi de judic.*

Amplia *tertiò*, procedere etiam si præscriptio immé- 10
morialis proponatur, siquidem & hæc excluditur per generalia verba *dict. cap. super eo*, cum similibus, & per rationem prædictam, Abb. illic *n.* 1. Felin. *in d.c. quia indicante, n.* 5. *in fine*, & satis intendit *gl. ult. in c. felix*, 16. *quæst.* 1. Pro quibus facit, quia alia vix esset differentia inter præscriptionem finium, & præscriptionem intra fines, quoniam licèt intra fines præscriptio non prohibeatur, quia tamen communis præsumptio est contra possidentem, non procedit præscriptio, nisi cum titulo per quadraginta annos, vel nisi sit immemorialis, *cap.* 1. *de præscript. in* 6. igitur ut aliqua sit differentia in finibus ipsis, qui ultra præsumptionem Iuris communis resistentis speciatim præscribi prohibentur, fateri oportet præscriptionem cum titulo per quadraginta annos, vel etiam immemorialem admittendam non esse, quamvis contradicat Curt. *cons.* 36. quem referunt & sequuntur *addit. ult. ad Abb. in d.c. super eo*, Balb. *ubi suprà*, Paris. *in d.c. judicante, n.* 17. *& cons.* 11. *num.* 22. *lib.* 1. existimantes in proposito admittendam esse præscriptionem, quæ hominum memoriam excedit, quasi hæc prohibita præscriptione non censeatur sublata, cùm vim habeat privilegij, arg. *c. super quibusdam, vers. præterea, de verb. significat.* sed fundamentum refellitur ex his quæ dixi *in tract. de clausulis usufrequent. claus.* 88. *à n.* 2. *secundum Lugdun. impres.*

Intellige jam *primò* supradictam resolutionem, ut 11
tantùm procedat in finibus quatenus fines sunt, & habent rationem finiendi, itaut per præscriptionem desinant esse fines qui, & ubi antea erant; si verò considerentur non in quantum fines sunt, sed respectu soli quod occupant quoad dominium, & proprietatem ejusdem, itaut maneant apud fines, & retineant finiendi rationem, sicut anteà, quamvis sub dominio alterius, utique admittenda est præscriptio; quia propriè loquendo non præscribuntur fines, ac proinde cessant confusio, & rationes, de quibus suprà Ita intendunt gloss. *in d.c. quicunque*, Card. *in d.c. quia indicante*, & & *ibi* Felin. *n.* 5 *in princip. & vers. considera.* Paris. *num. ult.* & Balb. *ubi suprà*, qui tamen post gloss. *in d. cap. quicunque, in fine*, falsò existimant fines jure proprietatis præscribi, ubi fines ipsi non manent amplius, sed desinunt esse tales, siquidem longè verius est præscriptionem jure proprietatis in proposito dici, ubi terra, vel solum ipsum præscribitur quoad dominium, ut alicujus efficiatur proprium; interim tamen manent fines sub ratione finium, quia adhuc post præscriptionem habent rationem finiendi, & limitandi, sicut antea, juxta supradicta.

Intellige præterea, tantùm procedere ubi de fi- 12
nibus

nibus constat, nam si de illis non appareat, admittitur præscriptio, quia non præscribuntur fines, ac subinde cessant verba *d.c. super eo*. & ratio prædicta, ut satis expressit *ibi* Pontifex, text. *in d.c. inter, vers. ob hoc, cum seq.* 16. *q.* 3. Qualiter autem de finibus constare possit, & quæ probatio in eis sufficiat, vide Doctores, quos retuli *p.* 1. *hujus tract. tit.* 1. *c.* 7. *n.* 11. & Rota *dec.* 295. apud Farin. *p.* 1. *recent.*

13 Singulare est in hac materia, quod Episcopus contra Episcopum locum per se conversum ad Fidem triennio præscribit, ut expressè probat text. *in c.* 1. *de*
14 *præscript.* † cujus quidem decisio procedit in Fidei Catholicæ favorem, ita ut Episcopus proprius diligens fiat ne intra tam breve temporis spatium amittat locum & partem diœcesis, quæ à fide defecerat, & aliàs sperans acquirere intra illud majori cum diligentia procuret ut locus ille, vel pars diœcesis ad Fidei, & Ecclesiæ unitatem revertatur, ita *gloss.* 1. *in fine*, Abb. & communis *in d. c.* 1. *gl.* 4. & omnes *in c. placuit, il* 2. 16. *quæst.* 3. *gloss. ultim. in reg. possessor, de regulis Iuris lib.* 6. Balb. *de præscript.* 1. *part.* 4. *quæst.* 1. *in fine*, Covarr. *in reg. possessor, part.* 2. §. 11. *n.* 8. Mench. *Illustr. c.* 72. *n.* 6.

15 Verùm contra hanc resolutionem, & communem intellectum *d.c.* 1. obstat *primò* text. *in c. ult. de præscr.* & generalia ejus verba, ibi, *nulla valeat*, & c. insuper & ratio illic addita, quæ in favorem Fidei Catholicæ negligenda non fuit, immò eo magis admittenda, quod Fides Catholica magis abhorret peccata, & magis aliena est ab omni injustitia, & legis naturalis, seu divinæ violatione, neque par credere est maximos Ecclesiæ Pontifices inter Ecclesiasticos, & præsertim Episcopos admittere præscriptionem cum mala fide, quam *in c. vigilanti, & in l. ult. de præsc.* inter sæculares, & in foro sæculari absolutè improbarunt, arg. text. *in l. in arenam, C. de jur. offic. testam. Secundò* obstat quod tempore *d. c.* 1. & Concilij Africani, ex quo desumitur, circa annum 425. non apparet lex aliqua, quæ contra Ecclesias, & Episcopos 40. annorum præscriptionem requirat, unque Fidei favore fortasse eo tempore minor sufficiebat, ac subinde per illud *c.* 1. non limitatur text. *in c. de quarta, & in c. illud, eod. tit. de præscript. Tertiò* urget *d.c. placuit, il* 2. 16. *q.* 3. quod habetur in Concil. Milevitano sub Innoc. I. *cap.* 24. ut constat *tom.* 1. *Concil. pag.* 484. *col.* 2. & rursus refertur in d. Concil. Africano *c.* 88. ubi in eadem specie de qua hic agitur, in Fidei favorem procedit præscriptio per sex tantummodò menses, nec requiritur triennium.

16 His tamen non obstantibus prædicta resolutio & communis intellectus retinendus est. Ad primum respondetur, negari non posse favorem Fidei in proposito attendi, & ex auctoritate legis Pontificiæ maximè operari, *primò* circa possessionem, quam lex ibi & justificat, & tribuit Episcopo convertenti, ut ex Iuris auctoritate justus sit possessor, arg. *l. justè possidet, de acquir. possess.* quam possessionem neque justificat, neque tribuit regulariter in aliis casibus. Sanè Episcopus convertens, de quo *in d.c.* 1. quamvis sciret plebem, & partem diœcesis, quam convertebat, esse alienam, & ad alium Episcopum pertinere, in actu practico non habebat conscientiam rei alienæ, vel peccatum injustæ retentionis, quippe qui ex legis auctoritate justè & absque peccato possidebat, *d.l. justè*, & consequenter non malæ, sed bonæ fidei possessor erat, ut intendunt, Angel. *in l.* 1. *n.* 63. *C. de judic.* Covar. *ubi suprà Secundò* circa tempus, quia sufficit in proposito triennium, cùm aliàs attento Iure spatium quadraginta annorum esset necessarium, *c. de quarta*, cum similibus, *de præscript.* Denique circa titulum, qui omninò requirebatur in hac præscriptione in qua Episcopus intra alienam diœcesim contra jus commune præscribebat, *capite si diligenti, ad finem*, ibi, *justus titulus, eodem tit. de præscript. cap.* 1. *eodem titul. in* 6. & tamen in præsenti suppletur à lege in favorem Fidei Catholicæ, qui exceptis his tribus, & circa malam fidem nihil operatur.

Ad secundum responderi poterit, quod licèt tem- 17
pore dicti Concilij Africani non requireretur quadragenaria præscriptio contra Ecclesias, vel Episcopos, nihilominus tamen tempore Gregorij *d. c.* 1. *sub tit. de præscript.* jam erat receptissima hujusmodi præscriptio, unde ex mente illius videtur ille text. eò loci adjectus, ut in favorem Fidei limitetur reg. *d. c. de quarta, & d. c. illud*, cum similibus.

Ad tertium communis concordia est, quod text. 18
in d.c. 1. *de præscript.* suppleri debeat per *d.c. placuit*, & è converso, ita quod sex menses, de quibus *in d. c. placuit*, à tempore monitionis computandi, non tribuant jus loci conversi, quasi Episcopus convertens per illos præscribat, sed requirantur ut Episcopus proprius monitus constituatur in mora, & negligentia, qua interveniente fit facultas alij Episcopo convertendi, & si post conversionem proprius Episcopus per triennium non recuperat, inducitur præscriptio loci conversi *glos.* 1. & communis *in d.c.* 1. *glos.* 3. *in c. placuit*, gloss. *in d. reg. possessor*, probat ex multis Cov. *ubi suprà* Anastas. Germon. *animadvers. lib.* 1. *cap.* 20. Sed hæc communis concordia non satisfacit, tum quia divinat ad utrumque textum; nam *in d. c.* 1. nulla fit mentio monitionis, aut sex mensium, sicut nec *in d.c. placuit*, ullum est verbum de triennio; tum etiam, quia sex menses, de quibus *in d. c. placuit*, non præfiniuntur tantum ut Episcopus proprius moram incurrat, sed etiam ut illis elapsis alius convertens statim locum acquirat, ita quod ulterior expectatio triennij non requiratur, prout significat verbum, *pertineat*, de quo *in eo text.* præsertim si adjungantur verba illa quæ præcedunt, ibi, *ad suam Cathedram pertinentia*, quæ important plenum jus competens Episcopo proprio negligenti, quod idem post sex menses acquiritur convertenti. Nec aliquid probant verba illa, *post leges*, quia ut constat ex eodem Conc. Africano *c.* 88. & passim alibi intelligunt, id est, post leges latas de Donatistis hæreticis, vel contra eosdem hæreticos, & propterea omissa sunt à Gregorio, qui per illum text. *in dict. cap.* 1. voluit constituere legem generalem non habito respectu ad Donatistas, vel leges eorundem, de quibus Conc. Africanum loquebatur: aliàs enim si verba prædicta referrentur ad leges monitionis necessariæ, ut credit Covar. sanè Gregorius non omisisset, vel omittens apertè significaret non esse necessariam monitionem, nec illam posse à nobis suppleri, quam cum antea esset in integro, Pontif. Gregor. resecavit. Quare de hoc studioso lectori cogitandum relinquo.

ALLEGATIO CXXXII.

Episcopali Sede vacante an currat præscriptio contra Ecclesiam.

SUMMARIUM.

1 *Præscriptio ipso jure dormit contra Ecclesiam quocumque modo vacantem.*

2 *Ecclesia dum vacat, utpote carens legitimi defensore, jure agere prohibetur.*

3 *Ecclesia quasi vacare dicitur ad hoc ut contra illam præscriptio non currat, quando licèt Prælatum habeat, is tamen quoad res illius, ut oportet tuendas inutilis est.*

4 *Prælato excommunicato existente, tam contra Ecclesiam,*

clesiam, quàm contra ipsum, præscriptio non currit.

5 *Præscriptio ipso jure dormit contra Ecclesiam Pastore viduatum, non solùm in rebus ad Ecclesiam, vel mensam Prælati pertinentibus, verùm etiam in iis, quæ Ecclesiæ, vel Prælato insimul cum Capitulo & clericis communes sunt.*

6 *Præscriptio non currit interim dum vivit Prælatus, qui rem Ecclesiæ temerè alienavit.*

7 *Ecclesia vacare dicitur ad hoc ut præscriptio contra illam non currat, quando caret proprio, & immediato Pastore.*

8 *Duo opponuntur contra superiùs resoluta.*

9 *Præscriptio contra vacantem Ecclesiam dormit non ex eo quod deficit is, contra quem præscribitur; adest enim Ecclesia, sed quoniam ea vacante non est qui agere possit.*

10 *Præscriptio an & quando progrediatur contra hæreditatem jacentem, ostenditur.*

11 *Hostilitatis, schismatis, vel pestis, aut exilij tempore dormit præscriptio contra Ecclesiam.*

12 *Impedimento facti existente, videtur aliquibus currere præscriptionem contra Ecclesiam, quamvis illi ex justa causa detur restitutio.*

13 *Alij intelligunt procedere ubi tempore belli, vel schismatis grassantis non redditur jus partibus.*

14 *Nonnullis placet distinctionem Iuris & facti procedere attento Iure Civili, non autem isto Pontificio, quo attento putant præscriptionem dormire ipso jure stante aliquo facti impedimento.*

15 *Aliquibus videtur ideo impedimentum facti æquiparari impedimento Iuris in hoc casu, quia hoc expressum est in Iure.*

16 *Præscriptio ipso jure dormit contra eos, qui non Iure, sed facto aliquo impediuntur, ubi hujusmodi facti impedimentum non fuerit, seu generale.*

17 *Episcopo capto à paganis, seu schismaticis, tunc Sedes Episcopalis quasi vacare dicitur, & jurisdictio Episcopalis pertinet ad Capitulum, non verò ad Archiepiscopum.*

18 *Mors civilis non æquiparatur naturali quoad juris effectus, nisi quando ex qualitate, & natura negotij mors civilis fuerit ejusdem effectus, cujus est mors naturalis.*

19 *Archidiaconus, vel alius de Capitulo, qui ex legitima consuetudine, vel privilegio jurisdictionem Sede vacante exercere potest, id poterit in vacatione vera, non autem in ficta.*

20 *Episcopus quando captus fuerit à paganis, vel schismaticis, ad quæ extendatur, & circa quæ versetur administratio Capituli, remissivè.*

21 *Capitulum Sede vacante exercere potest omnem potestatem, administrationem, & jurisdictionem Episcopalem Ordinariam, exceptis casibus in Iure expressis.*

22 *Capitulum Sede vacante potest exercere jurisdictionem Episcopalem Ordinariam, si necessarium fuerit ad vitandum Episcopatûs præjudicium, & periculum ex Episcopi defectu, seu absentia alioquin imminens.*

23 *Capitulum occasione Sedis etiam fictè vacantis non potest ita liberè etiam in necessariis administrare, quin teneatur reddere rationes novo Episcopo.*

1 CONTRA Ecclesiam quocumque modo vacantem Prælato, nusquam currere, sed ipso jure dormire præscriptionem probat text. *in c. 1. vers. si tamen, de præscript. c. de quarta. vers. nisi, c. auditis, vers. quod si, eod. tit.* tradunt Abb. *in c. cum deputati, num. 19. de judic. & in c. 2.* ubi Felin. *n. 5. vers. dum Abbas, de præsc.* Bart. *in l. naturaliter, n. 24. ff. de usuc.* Arnulph. *de commendis quæst.* 9. Guid. Papæ *decis.* 152. Aym. *de antiq. temporum, part. 4. c. materia, num.* 68. Balb. *de præscript. 2. part. 6. princ. à num. 7.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 78. num.* 7. Rota *dec.* 415. *num.* 3. *p.* 2. *recentissim.* † quicquid controvertat, & confundat Annib. *in dict. l. natur aliter. num.* 298. Iuvat ratio, nam Ecclesia dum vacat, utpote carens legitimo defensore, jure agere prohibetur, *c. ult. ne Sede vacante,* ac subinde contra hujusmodi Ecclesiam iure impeditam dormit ipso jure præscriptio, quantumcunque adsint omnia ad illam necessaria, juxta reg. *l. 1. §. ult. C. de annali excep.* & facit, quia durante pupillari ætate, etiam illa dormit contra pupillum, *l. sicut, C. de præscrip. triginta,* Surd. *dec. 4. n.* 1. Rot. *dec.* 419. *n.* 4. apud Farin. *part. 1. recent.* Ratio quoque resolutionis principalis ea potuit esse, quia mortuo Prælato, Rectore beneficiato, seu altero dignitatem, vel officium detinente, vacat quidem possessio Prælaturæ, beneficij, dignitatis, & officij, & sic carent legitimo defensore, licèt bonorum, & jurium illius possessio retineatur per ipsam Ecclesiam, dignitatem, vel officium, quæ nunquam moriuntur, & nunquam desinunt possidere, civiliter scilicet, Salust. Tiber. *in pract. Auditor. Cameræ, lib. 2. in fine.* Boccac. *de interdicto uti possid. c. 2. n.* 91. Pontan. *de spol. lib.* 3. *c.* 9. *num.* 149. Redoan. *de spol. Eccles. q. 7. n.* 35. *& q.* 14. *n.* 28. *&* 29. *& q.* 15. *num.* 11. Seraphin. *dec.* 1127. *num.* 2. Cavaler. *dec.* 299 *num.* 1. Coccin. *dec.* 49. *sub n.* 2. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 5. *n.* 38. Paz *de tenuta, c.* 50. *n.* 25. Cytiac. *controv. forens. lib.* 2. *controvers.* 500. *num.* 38. Rota *dec.* 390. *sub n.* 2. *&* 3. *p.* 1. *divers.* ubi hujusmodi possessionem per Ecclesiam retentam vocat civilem, seu civilissimam, & in *Colimbriensi præstimoniorum,* 10. *Decembris* 1631. coram *R. P. D. Dunozetto, &* 18. *Iunij* 1632. coram *eodem.*

3 *Primò* intellige principalem resolutionem procedere etiam ubi Ecclesia quasi vacat, ut quia licèt Prælatum habeat, is tamen quoad juris effectus & res Ecclesiæ ut oportet tuendas inutilis est, utpote hæreticus, aut schismaticus, probat text. *in d. c. 1. vers. item si,* juncto *c. pen. de suppl. neglig. Prælat. lib.* 6. resolvit Bald. *ubi suprà* juvat reg. *c.* 2. *de translation. Episcopi, vers. sicut,* juxta *gl. ult.* per tex. *ibi, ad l. ult. C. ad legem Flaviam,* recepta communiter ex Covar. *pract. c.* 7. *n.* 27. Tiraq. *ad leges connub. p.* 6. *n.* 12. † Sic idem est

4 ubi Prælatus excommunicatus existit, quia cum jure prohibeatur, *c. intellexîmus, de jud.* tam contra Ecclesiam, quàm contra ipsum etiam in rebus propriis præscriptio dormit, juxta *c. quia diversitatem, de concess. præbend.* gloss. magna *in c. prima actione,* 1. *q.* 3. communis ut per Abb. *num.* 7. Felin. etiam 7. Paris. 18. *cum seqq. in d. c.* 1. Balb. *de præscript.* 1. *part.* 6. *n.* 24. idipsum admittentes quantumcunque excommunicatio justa sit.

5 *Secundò* intellige procedere non tantùm in rebus ad Ecclesiam, vel mensam Prælati pertinentibus, verùm etiam in iis, quæ Ecclesiæ, vel Prælato insimul cum Capitulo, & clericis communes sunt, ex Abb. *n.* 4. Felin. 5. *in fine,* & aliis *in d. c.* 1. Balb. *p.* 2. *sextæ, n.* 7. Ias. *in l. si emancipati, n.* 18. *C. de collat.* pro quibus ultra reg. *l. si communem, ff. quemadmodum servitutes,* facit quod in hujusmodi rebus communibus administratio ad Prælatum pertinet, quo deficiente Capitulum, vel clerici agere prohibentur, *c. edaceri, de reserv.* Host. & communis *in c.* 1. *& ult. ne sede vacante.*

6 *Tertiò* intellige, seu potiùs amplia procedere etiam dum vivit Prælatus ille, qui rem Ecclesiæ temerè alienavit, vel aliquid aliud contra sacros Canones, & in Ecclesiæ præjudicium fecit; quia scilicet dum is vivit, perindè quoad hoc, est ac si Ecclesia non haberet Prælatum, cùm habeat ad hoc inutilem, quem lex verosimiliter non credit venturum contra id quod temerè fecit, ut probat text. *in c. si Sacerdotes,* 16. *q.* 3. quem ad hoc notant gl. *verb. causa, in c.* 1. *de in integ.*